

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

## **M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Primum

**Cicero, Marcus Tullius**

**Venetiis, 1583**

In M Tvllii Ciceronis Tvscvlarvm Dispvlationvm Ad M Brvtvm Librvm V.  
Virtvtem Ad Beate Vivendvm Seipsa esse contentam. Commentarius Aldi  
Mannuccij.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770549)



IN  
M . TVLLII . CICERONIS  
TVS CVLANARVM

DISPV TATIONVM

AD . M . BRVTVM

LIBRVM . V .

VIRTVTEM . AD . BEATE . VIVENDVM  
se ipsa esse contentam .

Commentarius Aldi Mannuccij .

---



ARGVMENTVM

**V**INCTA, eademq. nouissima Tusculana ceteris uberior  
est, & sapientis mentem reficit: nam, uirtutum gradibus ab-  
latis, perfectam earum ideam unam statuit, quae nec minui  
possit, nec augeri: atque seipsa sit ad beatam uitam conten-  
ta. Quare sapiens uirtute semper beatus.

## CICERO

**Q**VINCTVS hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum disputationum: quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus maxime probas, disputatum. placere enim tibi admodum sensi ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti, & ex multis sermonibus tuis, uirtutē ad beate uiuendum se ipsa esse contentam, quod etsi difficile est probatu, propter tam uaria, & tam multa tormenta fortunae, tale tamen est, ut elaborandū sit, quo facilius probetur. nihil est enim omnium, quae in philosophia tractantur, quod grauius, magnificentiusq. dicatur. nam, cum ea causa impulerit eos, qui primi se ad

philosophiae studium contulerunt, ut, omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo uitae statu exquirendo collocarent: profecto spe beate uiuendi tantam in eo studio curam, operamq. posuerunt, quod si ab ijs inuenta, & perfecta uirtus est; & si praesidiū ad beate uiuendum in uirtute satis est: quis est, qui non praeclare & ab illis positam, & a nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? sin autem uirtus subiecta sub uarios, incertosq. casus famula fortunae est, nec tantarum uirium est, ut se ipsa tueatur: uereor, ne non tam uirtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate uiuendi, quā uota facienda uideantur.

## EXPLANATIO

**F**INEM faciet Tusculanarum disputationum: 3 tamquam singulorum dierum singulae sint disputationes. Ex eo libro, 3 quem Brutus scripsit de uirtute ad ipsum Ciceronem: cuius etiam in proemio de Finib. meminit. **D**IFFICILE est probatu, 3 sensus enim communis, & condicio humana reclamare uidentur. **T**ORMENTA 3 eleganti metaphora fortunae impetus. **T**ORMENTA uocat, tamquam bellicas machinas, quibus quamuis constans sapientis animus deturbari a felicitate interdum, prosterneq. possit. **N**AM, cum ea causa 3 Philosophorum scopum esse, inquit, uirtutem, ac uitae beatitudinem. **P**OSTHABITIS, 3 postpositis. **S**IN autem, 3 a uirtute. **Q**uid uero, si illos opinio sefellit? Estq. id uerius, adiuueta quae dam fortunae requiri ad beatam uitam? **F**AMVLAM fortunae 3 quam tamen supra fortunam collocant Stoici. **Q**UAM uota facienda 3 quam flagitandum sit a diis, id ut contingat.

## CICERO

**Q**UIDEM eos casus, in quibus me fortuna uehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiae diffidere, interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatemq. extimescere. uereor enim, ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset, ijsq. & morbos insanabiles, & dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit & corporum doloribus congruentes, & separatim suis angoribus, & molestijs implicatos, sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum, & ex nostra fortasse mollitie, non ex ipsa uirtute, de uirtutis robore existimo: illa enim; si modo est ulla uirtus; quam dubitationem auunculus tuus, Brute, sustulit; om-

nia, quae cadere in hominem possunt, subter se habet; eaq. despiciens, casus contemnit humanos; culpaq. omni carens, praeter se ipsam nihil censet ad se pertinere: nos autem omnia aduersatum uenientia metu augētes, tum maerore praesentia, rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus, sed & huius culpaē, & ce terorum uitiorum, peccatorumq. nostrorum omnis a philosophia petenda correctio est. cuius in sinum cum a primis temporibus aetatis nostra uoluntas, studiumq. nos contulisset; his grauissimis casibus in eundem portū, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus.

## EXPLANATIO

**V**EHEMENTER exercuit; 3 fatigauit: siue dum ab aduersariis in exilium pulsus est, siue cum orbatus fuit carissima filia, cuius mortem nimis quam familiariter tulit. **C**ORPORA nobis infirma 3 nihil enim aliud est hominis corpus, quam uas quassum, & fragile. **M**ORBOS insanabiles, 3 cuiusmodi sunt lepra, podagra, hydrops, &c. **Q**UOD ex aliorum, 3 Improbe facit, qui metitur uirtutē ex imbecillitate mortalium, cū ipsa uirtus de suo ipsius robore aestimāda sit. **A**VUNCVLVS tuus; 3 Cato Uticensis, fuit enim Seruiliac, matris Bruti, frater. **S**VBTER se 3 in fra se. **O**mnia, inquit, subiecta sibi habet uirtus. **S**ic Claudianus: **D**iuitiis animosa suis, immotaq. cunctis **C**asibus, ex alta mortalia despicit arce:

Hh Nihil

Nihil opis externa cupiens, nil indiga laudis.

TVM uenientia ꝛ ad metum pertinet, quae perturbatio est uenientis, & futuri mali. Praesentia ꝛ ad aegritudinem refertur, quae est perturbatio praesentis mali. CVRVS in sinum ꝛ prouerbialis formula metaphorica, & elegans: quemadmodum & quae sequitur, In eundem portum. Nam & illa quae si- nu conduntur, ruta sunt: & in portu tuta est statio nauium. Euripides Medea,

Οὗτος γὰρ ὁ, ἦρ, ἢ μάλισ' ἐκάμνο μιν

Διμὴν πέφανται αἰ εἰς ἐμῶν βουλευμάτων.

VOLVNTAS, studiumq. nos contulisset ꝛ nam Romae adolescens adhuc, admirabili quodam philoso- phiae studio concitatus, totum se tradidit Philoni Academiae principi, atque Diodoro Stoico, a quo studiofissime in dialectica exercebatur. HIS grauiſſimis casibus ꝛ quibus resp. oppressa iacet. In eun- dem portum, ꝛ scilicet, philosophiae.

CICERO

**O**Vitae philosophia dux, o uirtutis indagatrix, expultrixq. uirtuorum, quid non modo nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? tu urbes pe- peristi: tu dissipatos homines in societatem uitae conuo- casti: tu eos inter se primo domicilijs, deinde coniugijs, tum litterarum, & uocum communionem iunxisti: tu inuentrix legum, tu magistra morum, & disciplinae fuisti. ad te confugimus: a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosq. tra- dimus. est autem unus dies, bene, & ex praecceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. cuius uigilatur potius opibus ut amur, quam tuis: quae & uitae tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis su- stulisti. At philosophia quidem, tantum abest, ut pe- rinde, ac de omnium est uita merita, laudetur, ut a

multis etiam uituperetur. uituperare quisquam uitae parētem, & hoc parricidio se inquinare audeat? & tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam uereri debe- ret, etiam si minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, hic error, & haec indoctorum animis offusa caliga- est, quod tam longe retro respicere non possunt, nec eos, a quibus uita hominum instructa primo sit, fuisse philosophos arbitrantur. quam rem antiquissimam cum uideamus, nomen tamen esse confitemur recens. nam sapientiam quidem ipsam, quis negare potest, non modo re esse antiquam, uerum etiam nomine ꝛ quae di- uinarum, humanarumq. rerum, tum inuictorum, caus- farumq. tum cuiusq. rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequatur.

EXPLANATIO

**O**Vitae philosophia dux, ꝛ Excurrit in laudationem philosophiae, id est studiorum sapientiae, figu- rata oratione κατ' ἀπορροήν. TV urbes peperisti ꝛ In rhetoricis M. Tullius magnum quendam ui- rum, & sapientem fuisse autumar, qui dispersos homines in agris, & in tectis siluestribus abditos, sua eloquentia in unum locum compulit, & congregauit. Idem & in oratione pro Sextio. VNVS dies bene actus, ꝛ In hanc sententiam ait Posidonius, VNVS dies eruditorum plus patet, quam imperito- rum longissima aetas. AT philosophia ꝛ uehemens increpatio aduersariorum philosophiae. quae cum nouitatis nomine reprehenderetur, docet antiquissimam quidem rem esse, nomen tantum recentius, quippe a Pythagora primo exortum, cum σοφία prius ipsa, & eius professores σοφοί appellarentur. PERTINDE ac ꝛ tantum quantum. VITAE parentem, ꝛ Philosophiam, off. lib. I. Principem omnium uirtutum appellat. Alij regulam uitae. VERERI ꝛ colere, & uenerari. QVAM rem ꝛ quam sapientiam, NOMEN tamen ꝛ quod est philosophia.

CICERO

**I**TAQVE & illos septem, qui a Graecis σοφοί, sa- pientes a nostris & habebantur, & nominabantur, & multis ante saeculis Lycurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse, ante hanc urbem conditam, tra- ditur, etiam heroicis aetatibus Vlyſsem, & Nestorem accepimus & fuisse, & habitos esse sapientes. nec ue- ro Atlas sustinere caelum, nec Promeiheus affixus Caucaſo, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi caeleſtium diuina cognitio nomen eo- rum ad errorem fabulae traduxisset. a quibus ducti deinceps omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes & habebantur, & nominabatur:

idq. eorum nomen usque ad Pythagorae manauit actus- tem: quem, ut scribit auditor Platonis Ponticus He- raclides, uir doctus in primis, Phliuntem serunt ue- nisse, eumq. cum Leonte, principe Phliasiarum, do- cte, & copiose diseruisse quaedam: cuius ingenium, & eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaeſiſſe ex eo, qua maxime arte consideret: at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum: admira- tum Leontē nouitatem nominis, quaeſiſſe, quinā essent philosophi, & quid inter eos, & reliquos interesset: Pythagoram autem respondiſſe, similem sibi uidei- uitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo



maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate: nam ut illic alij corporibus exercitatis gloriam, & nobilitatem coronae peterent; alij emendi, aut uendendi questu, & lucro ducerentur; esset autem quoddam genus eorum, idq. uel maxime ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quaerent, sed uisendi causa uenirent, studioseq. perspicerent, quid ageretur, & quo modo; item nos, quasi in mercatus quadam celebritate ex urbe aliqua, sic in hanc uitam ex alia uita, & natura profectos, alios gloriae seruire, alios pecuniae, raros esse quosdam, qui, ceteris omnibus pro nibilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur: hos se appellare sapientiae studiosos, id est enim philosophos: & ut illic liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirerent; sic in uita longe omnibus studijs contemplationem rerum, cognitionemq. praestare.

## EXPLANATIO

**I**LOS septem, & quorum nomina sunt, Solon, Thales, Chilo, Pithacus, Cleobolus, Bias, Perian-  
der, siue Myson Chenensis, ut Plato in Protagora numerat. **LYCVRGVM**, & Spartanorum legislator  
fuit: paullo, ut ferunt, posterior Homero. **HEROICIS aetatibus** & Hesiodus inter aetates heroicis  
quoque supputat, in qua heroes floruerunt, sicuti tempore belli Troiani cōplures exstiterunt tam Graeci,  
quam externi, inter quos Vlyxes, & Nestor, quorum crebra apud Homerum mentio. Aetates dicunt  
Latini, quas Graeci γενεάς, de quarum uarietate multa scribunt eruditi. Sed Plutarchus subtiliter in  
lib. *ἑὴν ἑκκατὸν ἑπτὰν χρυσηρίαν* ostendit γενεά, id est aetatem esse spatium x x x. annorum, secundum  
Heraclitum. **ATLAS sustinere caelum** & De Atlante Diodorus haec in I v. Bibliothecae: Ferunt  
Atlantem astrologiae fuisse peritissimum, deq. Sphaera primum inter homines disputasse: qua ex re  
uisus est caelum suis humeris sustinere locū praebente fabulis sphaerae inuentione. Atlas Latino uoca-  
bulo dictus est Telamo, ut docet Seruius. nostri in aedificijs Telamones appellant signa quae sustinent:  
quae Graeci Atlantes uocitant: quia ut auctor est Vitruuius in VI. Atlas formatur sustinens mundum,  
ex eo quod primus cursum solis, & lunae, & siderum uigore animi solertiaque curauit. Ab Atlante in-  
ditum nomen Atlanti monti, & Atlantibus populis: qui (quod annotatu dignum) soli sunt ἀγῶνιμι,  
hoc est sine nominibus. Nam in uniuersum Atlantes nominantur, singulis nullum proprium nomen.  
Vide Plinium, & alios. **PROMETHEVS affixus Caucaſo** & *ἄσ τῆς προμηθείας*, id est, a prouidentia dictus  
est Prometheus, qui residens in Caucaſo monte in Asia editissimo, unde astra, & eorum ortus, occa-  
susque diligenter perspicere possunt, deprehendit Astrologiam: quam primus Assyrijs indicauit. Sunt  
qui dicant, Prometheum, cum peruidendis motibus siderum continue detineretur, nihil praeterea cu-  
rans, locum dedisse huic fabulae: fuisse scilicet in Caucaſo religatum a Mercurio prudentiae, ac ra-  
tionis deo, immisamque a Ioue Vulturem (id Aquilarum genus esse dicunt acutissimi uisus ac prae-  
gij particeps) quae illius cor perenniter renascens exederet. **Nec stellatus Cepheus** & inter astra rela-  
tus. Euripides & Ouidius Cepheum Aethiopum regem esse demonstrant Andromedae patrem: quam  
ceto propositam notissimae mythistoriae dixerunt. **Ad Pythagorae manauit aetatem**: & Hunc tradunt  
Pherecydem audisse, cuius aetatem attingunt illi, qui septem sapientum nomen in Graecia habuere.  
Ipse floruit post hos, Dario filio Hytaspis Persarum tenente regum. quibus temporibus & Polycra-  
tes tyrannus fuit Sami, quem Pythagoras fugiens in Italiam uenisse traditur. **PONTICVS Heraclides** &  
Heraclides fuit Heraclides ex Ponto, opulentus. Athenas uenit, deditq. se in disciplinam Speusippo.  
Pythagoreorum auditor fuit, Platonis studiosus. Aristotelem audiuit. Feruntur ingenij illius monu-  
menta praeclara, atque optima. **PHLIANTEM** & Peloponnesi urbem, in medio Sicyonij, Argiuiq.  
agri, ubi religiosissime colitur Hebe: auctor Strabo. Phliantem nomen loci indidisse uolunt, ut & Pau-  
sanias scripsit. cum antea esset Arethyrea, quod & apud Homerum, ut antiquius ponitur. **PHILO-  
SOPHEVM**: & Philosophus interpretatur sapientiae studiosus, & amator. Ab Appuleio Pythagoras Phi-  
losophiae nuncupator dictus. **SIMILEM sibi uideri** & Idem refert etiam Laertius in eius uita. **ET  
mercaturum eum** & Quamquam de quolibet frequenti mercatu potest intelligi haec uox πανήγορις, qua  
apud Laertium utitur; Cicero tamen Olympicum intelligit: nam apud Graecos Olympia mercatu fa-  
migerata est, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta. Delubrum Olympij Iouis. inquit Pli-  
nius, ludorum claritate fastus Graeciae complexum. **NOBILITATEM coronae** & corona ex  
oleastro coronabantur uictores in Olympicis ludis, & apud Graecos in eo ferme honore habeban-  
tur, quo apud Romanos triumphalis imperator. **STVDIOSE perspicerent** & Hisce studiosis spectato-  
ribus comparantur philosophi, qui rerum naturam studiose contemplantur. **ET, ut illic** & in mercatu  
scilicet, ludorum celebritate, **PRAESTARE** & excellere: etenim contemplatio in hominibus operatio est  
operationi diuinae cognatissima. nam deus contemplatione potissimum fruatur.

## CICERO

**N**EC uero Pythagoras nominis solum inuentor, & priuatim, & publice praestantissimis & institutis,  
sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit, qui & artibus. cuius de disciplina aliud tempus fuerit for-  
cum post hunc Phliasum sermonem in Italiam uenisset dicendi. Sed ab antiqua philosophia usque ad So-  
cratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum,  
Hh 2 audie-

audierat, numeri motusq. tractabantur, & unde omnia orirentur, quo ne recederent: studioseq. ab his fiderrum magnitudines, interualla, cursus inquirebantur, & cuncta caelestia. Socrates autem primus philosophiã deuocauit e caelo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, & coegit de uita, & moribus, rebusq. bonis, & malis quaerere, cuius multiplex ratio disputandi, rerumq. uarietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria, & litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum, e quibus nos id po-

tissimum consecrati sumus, quo Socratem usum arbitramur; ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alio leuaremus, & in omni disputatione, quid esset simillimum ueri, quaereremus, quem morem cum Carneades acutissime, copiosissimeq. tenuisset; fecimus & alias saepe, & nuper in Tusculano, ut ad eam consuetudinem disputaremus. & quadridui quidem sermonem superioribus ad te perscriptum libris misimus; quinto autem die, cum eodem in loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus.

## EXPLANATIO

**S**ED rerum etiam philosophorum dogmatum, quae praeter alios etiam Ouid. elegantissime exponit lib. xv. Metamorph. Hunc Philiastum sermonem & habitum scilicet cum Philiastorum principe, quem iam exposuit. GRAECIAM, quae Magna & Italiam, de qua supra, INSTITUTIS, & sacrorum caerimoniis. ARITHMETICA, Geometria, Astrologica, &c. AB ANTIQUA PHILOSOPHIA ab antiquis philosophis, qui cumque praecessere Socratem. AD SOCRATEM qui philosophiam totam ad mores traduxit, celebri illo apophthegmate uti solitus; Quae supra nos, nihil ad nos. ARCHELAVM Hic fuit Milesius, Ionicae sectae, censuit natura nihil esse neque honestum neque turpe, sed opinione, & more. IN URBIBUS & unde politica philosophiae pars. IN DOMO; Hinc Oeconomica. DE UITA, & MORIBUS, & uirtutibus, siue moralem uocant. REBUS bonis, & malis; uitiis, & uirtutibus, SENTENTIAM tegeremus, & dissimularem, more Socratis, qui ex eo & pany quibusdam est dictus, quod sententiam suam perpetuo dissimularet, nihilq. sciri posse affirmaret. unde etiam Academiae nihil affirmantis origo, quam praecipue amplexus est Cicero. CARNEADES de quo plura in Tusc. 1. IN EODEM LOCO Academiae significat: quod gymnasium erat in Tusculano.

## CICERO

**A**. Non mihi uidetur ad beate uiuendum satis posse uirtutem. M. At hercule Bruto meo uidetur: cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longe ante pono tuo. A. Non dubito, nec id nunc agitur, tu illum quantum ames, sed hoc, quod mihi dixi uideri, quale sit: de quo a te disputari uolo. M. Nempe negas ad beate uiuendum satis posse uirtutem? A. Prorsus nego. M. Quid? ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene uiuendum satis ne est praesidij in uirtute? A. Certe sa-

tis. M. Potes igitur, aut qui male uiuat, non eum miserum dicere; aut, quem bene fateare, eum negare beate uiuere? A. Quidni possim? nam etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter: & ob eam rem bene uiui potest; dummodo intelligas, quid nunc dicam bene: dico enim, constanter, grauitate, sapienter, fortiter. haec etiam in equuleum conijciuntur, quo uita non adspicitur beata.

## EXPLANATIO

**N**ON mihi uidetur? Propositio futurae disputationis ex Academica, & Peripatetica sententia, qua ad beate uiuendum, etiam corporis, & fortunae bona adhuc requiruntur praeter uirtutem. Ad recte, honeste, & Stoicis idem est honeste uiuere & beate, id est cum uirtute uiuere: Peripateticis aliud beate uiuere uidetur. Quidni possim? id enim aliud esse declarat bene uiuere, aliud beate uiuere, quae tamen Stoicis pro eodem accipiuntur. IN EQUULEUM CONIJCIUNTUR; durant etiam in equuleo, in maximis tormentis. Est autem equuleus tormenti genus, quo hominum corpora per uim distenderetur. Seneca ad Lucilium l. ix. ep. 68. Neminem certe adhuc scio eo uomine uorum soluisse, quod flagellis caelus esset; aut podagra distortus; aut equuleo longior factus. Cyprianus lib. 11. ep. 2. Carnifex praesto est, uagula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens. ad hominis corpus unum supplicia plura, quam membra.

## CICERO

**M**. Quid igitur? sola ne beata uita, quae so, relinquatur extra ostium, limenq. carceris, cum constancia, grauitas, fortitudo, sapientia, reliquaeq. uirtutes rapiantur ad tortorem, nullumq. recusat nec supplicium,

cium, nec dolorem? A. Tu, si quid es factururus, noua aliqua conquiras oportet: ista me minime mouent, non solum quia peruulgata sunt, sed multo magis, quia, tamquam leuia quaedam uina nihil ualent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata, delectant. uelut iste chorus uirtutum in equuleum impositus, imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura, nec eas beata uita a se desertus passura uideatur: cum autem animum ab ista pictura, imaginibus uirtutum, ad rem, ueritatemque traduxeris; hoc nudum relinquitur, possit ne quis beatus esse, quam diu torqueatur, quamobrem hoc nunc quae-

ramus: uirtutes autem, noli uereri, ne exposculent, & quaerantur se a beata uita esse relictas. si enim nulla uirtus prudentia uacat, prudentia ipsa hoc uidet, non omnes bonos esse etiam beatos: multaque de M. Atilio, Q. Caepione, M. Aquillio recordatur: beatamque uitam, si imaginibus potius uti, quam rebus ipsis placet, conan-tem ire in equuleum retinet ipsa prudentia, negatque ei cum dolore, & cruciatu quidquam esse commune. M. Facile patior te isto modo agere; etsi iniquum est praescribere mihi te, quemadmodum a me disputari uelis. sed quaero, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil arbitremur?

## EXPLANATIO

**R**APIANTUR ad tortorem, & eodem modo dixit, quo illud, In equuleum cōijciuntur. TAMQVAM leuia uina } sensus est: Sicut uina tenuia aqua commixta sine neruis, ac sapore sunt, nulliusque bonitatis, sic peruulgata Stoicorum argumenta, quod idem sit honeste, & beate uiuere, imbecilla sunt, & infirma, quae gustanda potius sunt, quam in potanda. ISTE chorus uirtutum } concentus uirtutum: scilicet Constantiae, Grauitatis, Fortitudinis, Sapientiae, & consimilium, quae ueluti chorus constituant, qui multo rum concentu constat. DICTUS est chorus a *καρπῶ*, id est laetitia ut interpretatur Plato lib. II. de legibus. NOLI uereri, ne exposculent } id est non exponant, non inculabunt. PRUDENTIA } Auctor Aristoteles in VI. Ethicorum. Prudentis est bene consulere: prudentia circa humana uersatur. Et in his quae sunt homini, uel bona, uel mala. DE M. Atilio, } De huius fide, atque constantia in ferendis, quae a Poenis ei inferebantur, cruciatibus praeter Ciceronem lib. II. Off. & Polybium, etiam Agellius meminit, & Valerius, passimque alij. Q. CAEPIONE, } qui ob direptionem Tololanam, una cum exercitu misere interijt. Vnde prouerb. Tolosanum aurum. M. Aquillio } de quo repetundarum reo Abbreviator Liuij Epit. 70. & Cicero de Orat. II. & in actionibus in Verrem. SUPERIORIBUS diebus } quattuor Tusculana quaestionibus.

## CICERO

**A**ctum uero, & aliquantum quidem. M. Atqui, si ita est, profligata iam haec, & paene ad exitum adducta quaestio est. A. Quo tandem modo? M. Quia motus turbulenti, iactationesque animorum incitatae, & impetu inconsiderato elatae, rationem omnem repellentes, uitae beatae nullam partem relinquunt. quis enim potest, mortem, aut dolorem metuens, quorum alterum saepe adest, alterum semper impendet, esse non miser? Quid si idem, quod plerumque fit, paupertatem, ignominiam, infamiam timet, si debilitatem, caecitatem, si denique, quod non singulis hominibus, sed potentibus populis saepe contingit, seruitutem; potest ea timens esse quisquam beatus? Quid, qui non modo ea futura timet, uerum etiam fert, sustinetque praesentia? Adde eodem exsulia, luctus, orbitates, qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non miserum? Quid uero illum, quem libidinibus inflammatum, & furentem uidemus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius uoluptates undique hauriat, eo grauius, ardentiusque sitientem, non ne recte miserrimum dixeris? Quid? elatus ille le-

uitate, inanique laetitia & exsultans, et temere gestiens, non ne tanto inferior, quanto sibi uidetur beator? Ergo, ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae futiles laetitiae exsultantes languidis liquescunt uoluptatibus. ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commouente: sic animi quietus, & placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moueri queat. Quod si est, qui uim fortunae, qui omnia humana, quaecumque accidere possunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timorem, nec angor attingat; idemque si nihil concupiscat, nulla efferatur animi inani uoluptate: quid est, cur is non beatus sit? & si haec uirtute efficiuntur; quid est, cur uirtus ipsa per se non efficiat beatos? A. Atqui alterum dici non potest, quin is, qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti laetitia efferantur, beati sint; itaque id tibi concedo: alterum autem iam integrum non est: superioribus enim disputationibus effectum est, uacare omni animi perturbatione sapientem.

## EXPLANATIO

**P**ROFLIGATA } absoluta paene, ac effecta. MOTVS turbulenti, } perturbationes significat, de quibus in IV. Tusc. SAERE adest } scilicet dolor. SEMPER impendet } scilicet mors. ORBITATES, } filio- rum amissiones. AEGRITUDINE eliditur, } tristitia iactatur. SITIENTEM } egregia Metaphora. Nam, sitim

scim de cupiditatibus, & alibi posuit: & Graeci hoc uerbo usi sunt de uehementi desiderio. Sic contra illi beati, & Contrariorum enim contraria sunt consequentia. *Ut maris igitur?* Elegans simile. *IMPO-TENT I?* ualde potenti, immodica, & gestiente laetitia.

## C I C E R O

**M** Nimirum igitur cōfecta res est: uidetur enim ad exitum uenisse quaestio. A. Propemodum id quidem. M. Veruntamen mathematicorum iste mos est, non philosophorum. nam geometricae cum aliquid docere uolunt; si quid ad eam rem pertinet eorum, quae ante docuerunt, id sumunt pro concesso, & probato; illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est: philosophi, quamcunque rem habent in manibus, in eam, quae conueniunt, congerunt omnia: etsi alio loco disputata sunt. quod in ita esset; cur Stoicus, si esset quaesitum, satis ne ad beate uiuendum uirtus posset, multa diceret? cui satis esset respondere, se ante docuisse, nihil bonum esse, nisi quod honestum esset: hoc probato, consequens esse, beatam uitam uirtute esse contentam; & quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic: ut, si beata uita uirtute contenta sit, nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum. sed tamen non agunt sic. nam & de honesto, & de summo bono separatim libri sunt; & cum ex eo efficiatur, satis magnam in uirtute ad beate uiuendum esse uim; nihilo minus hoc agunt separatim. proprijs enim, & suis argumentis & admonitionibus tractanda quaeque res est, tanta praefertim caue enim putes, ullam in philosophia uocem emissam

clariorem, ullumue esse philosophiae promissum uberior, aut maius. nam quid proficitur, o dii boni? perfecturam se, qui legibus suis paruisset, ut esset contra fortunam semper armatus; ut omnia praesidia haberet in se bene beateque uiuendi; ut esset semper denique beatus. sed uidero, quid efficiat. tantisper hoc ipsum magni aestimo, quod pollicetur. nam Xerxes quidem, refertus omnibus praemijs, donisq. fortunae, non equitatu, non pedestribus copijs, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, praemium proposuit, qui inuenisset nouam uoluptatem: qua, ipse, inuenta, non fuit contentus. neque enim unquam finem inueniet libido. nos, uellem, praemio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmiter crederemus. A. Vellem id quidem: sed habeo paullulum, quod requiram. ego enim assentior, eorum, quae posuisti, alterum alteri consequens esse, ut, quemadmodum, si, quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur, beatam uitam uirtute confici; sit, si uita beata in uirtute sit, nihil esse, nisi uirtutem, bonum. sed Brutus tuus, auctore & Aristone, & Antiocho, non sentit hoc: putat enim, etiam si sit bonum aliquid, praeter uirtutem.

## E X P L A N A T I O

**G** EOMETRAE & Mathematicae pars Geometria, quam Plato lib. v. de legibus liberis hominibus discendam praecipit. Geometres uero terrae agrimenfor est. de eius postulatione Euclides, atque Archimedes uident. *SEPARATIM libri sint* & ut in alijs libris tractent de honesto, in alijs de summo bono: ut ita quaeque res suis argumentis explicentur. *TANTA praefertim.* & quanta uero sit, iam explicat. *TANTISPES* & interea, absolute ponitur; sicut apud Liuium: Tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit tantisper tutela muliebri: Frequenter postulat haec dictio, Tantisper, ut copuletur cum, Dum, uel Quoad, accipiturque, pro Tandiu. Plautus in Menaechmis: Mulier tantisper blanditur, dum quod rapiat uidet. *NAM Xerxes* & Persarum rex. Idem de Xerxe tradit etiam Valerius. id tamen in genere de Persarum regibus, Athenaeus lib. 11. refert. Digna res, si diis placet, quam ita studiose Rom. aliquot imperatores, ut Tiberius, Heliogabalus, alijque imitarentur: quemadmodum historius est proditum. *NON equitatu* & Tradunt scriptores, numerum copiarum terrestrium, quas in Graeciam duxit Xerxes, fuisse CLXX Myriades, id est decies septies centena milia. Myrias enim numerus est continens decem milia. Numerus equitum fuit octo Myriadum, id est octoginta millium, praeter Camelos & currus. Myriarchas habuit, hoc est praefectos, qui decem millibus praerant. Naues quoque decies centum millia numero habuisse dicitur: ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu eius deficcata defecisse. *AUCTORE & Aristone, & Antiocho,* & fratribus, ueteris Academiae philosophis, quos alibi etiam celebrat.

## C I C E R O

**M** Quid igitur? contra Brutum ne me dicturum putas? A. Tu uero, ut uidetur: nam praefinitum non est meum. M. Quid cuique igitur consentaneum sit, alio loco. nam ista mihi & cum Antiocho saepe, & cum Aristone nuper, cum Athenis imperator apud eum diuersarere, dissensio fuit. mihi enim non uidebatur

quisquam esse beatus posse, cum in malis esset: in malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis, aut fortunae mala. Dicebant haec, quae scripsit etiam Antiochus locis pluribus, uirtutem ipsam per se beatam uitam efficere posse, neque tamen beatissimam: deinde, ex maiore parte plerasque res nominari, etiam si qua pars



pars abesset, ut vires, ut naletudinem, ut diuitias, ut honorem, ut gloriam; quae genere, non numero, cerneantur: item beatam uitam, etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum. Haec nunc enucleare non ita necesse est. quamquam non constantissime dici mihi uidentur. nam & qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beator: (si est enim, quod desit; ne beatus quidem est) & quod ex maiori parte unamquamque rem appellari spectariq. dicunt, est ubi id isto modo ualeat: cum uero tria genera malorum esse dicant; qui duorum in fortuna, omnibus oppressum corpus & coniectum doloribus, huic paullulum ne ad beatam uitam deesse dicemus, non modo ad beatissimam? Hoc illud est, quod Theophrastus suscipere non potuit. nam cum sta-

tuisset, uerbera, tormenta, cruciatus, patriae euerfiones, exsilia, orbitates magnam uim habere ad male, misereq. uiuendum; non est ausus elate, & ample loqui, cum humiliter, demisseq. sentiret, quam bene, non quaeritur: constanter quidem certe. itaque mihi placere non solet, consequentia reprehendere, cum prima concesseris. hic autem, elegantissimus omnium philosophorum, & eruditissimus, non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit honorum; uexatur autem ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit de uita beata, in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit, in eo etiam putatur dicere, in rotam beatam uitam non ascendere. nusquam id quidem dicit omnino; sed, quae dicit, idem ualent.

## EXPLANATIO

**A**THENIS imperator & cum proconsul missus est in Ciliciam. ubi re feliciter administrata, & Rhodum, & Athenas, aliaque loca. in quibus iuuenis quondam studiorum gratia uersatus fuerat, se inuisisse, aliquoties praedicat. Si essent ulla corporis mala & ut dolor, aegrotatio, egestas. Neque tamen beatissimam & tanquam inter positum, & superlatiuum (sicut re uera est) sit distantia non parua. CERNERENTVR & adessent modo quodam generico tantum. numerus enim rerum, quae inter bona corporis, & externa percententur, ferme infinitus est. CLAUDICARET, & deficeret a perfectione. ENUCLEARE & diligenter exquirere, ueluti nucleos. Metaphora. QVI beatus est & nunc beatum intelligit, cui nihil desit, cuiq. nihil accedere potest. & ita nullus incremento locus relinquatur. At in lib. de Finibus ut Peripateticus sentit esse beatiorem beato. Ex maiore parte & sicut orator, & philosophus dicuntur, qui ex maiori parte instructi sunt oratoria, & philosophica supellectile, etiam si non omnia ad plenum suggerantur. TRIA genera malorum & hoc est mala animi, corporis, & fortunae: animi ut insipientia, & uitium corporis, ut morbus, dolor: fortunae, ut egestas, & exsiliium. ELATE, & ample loqui & fidenti animo asserere sapientem fore beatum in malis fortunae, ac corporis constitutum, VEXATVR & exagitur, arguitur. In rotam & Tormenti diri genus est, grassatoribus fere, ac latronibus destinatum: ad quod Virgil. respexisse uidetur Aeneid. VI, — radijsq. rotarum

Districte pendunt.

IDEM ualent & Senfus est: Theophrastus nusquam in libris suis nominatim dicit, in rotam non ascendere uitam beatam: sed consimilia eloquitur idem pollentia. In hac enim sententia est, ut qui cruciatur, qui torqueatur, is beatus esse non possit.

## CICERO

**P**OSSVM igitur, cui concesserim in malis esse dolores corporis, in malis fortunae naufragia, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, cum in omnes bonos ea, quae ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur idem Theophrastus & libris, & scholis omnium philosophorum, quod in Callisibene suo laudarit illam sententiam, Vitam regit fortuna, non sapientia. negant ab ullo philosopho quidquam dictum esse languidius. recte id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse constantius. si enim tot sunt in corpore bona, tot extra corpus in casu, atque fortuna: non ne consentaneum est, plus fortunam, quae domina rerum sit & externa, & ad corpus pertinentium, quam consilium ualere? an malum Epicurum imitari? qui multa praecclare saepe dicit: quam enim sibi constanter, conuenien-

terq. dicat, non laborat. Laudat tenuem uictum. philosophi id quidem, sed si Socrates, aut Antisthenes diceret, non is, qui finem bonorum uoluptate in esse dixerit. Negat quemquam iucunde posse uiuere, nisi idem honeste, sapienter, iusteq. uiuat. nihil grauius, nihil philosophia dignius; nisi idem hoc ipsum, honeste, sapienter, iuste, ad uoluptatem referret. Quid melius, quam fortunam exiguam interuenire sapienti? sed hoc is ne dicit, qui, cum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis, tum cum maxime contra fortunam gloriatur? quod idem melioribus etiam uerbis Metrodorus. Occupaui, inquit, te, fortuna, atque cepi omnesq. aditus tuos interclusi, ut ad me adspicere non posses.

## EXPLANATIO

**H**VIC succensere ꝛ Succensere est irasci iusta de causa. IN *Callisthene* ꝛ Nomen est libri conditi a Theophrasto de interitu Callisthenis sodalis sui acerbissimo, de quo ante facta mentio. **VITAM regit fortuna**, ꝛ Versus Graecus, quem hoc loco Cicero Latinum fecit, ita habet,

τύχη τὰ θνητῶν ἀράγματ' οὐκ εὐβουλία.

Contra quam sententiam multa, & Plutarchus ἐν τῷ περὶ τύχης. **RECTE** id quidem ꝛ subaudi, dicunt philosophi: negantes quidquam dici posse languidius. **AN malum** ꝛ Rursum Epicuri inconstantiam notat, quemadmodum, & supra lib. II. **SOCRATES, aut Antisthenes** ꝛ Socrate nihil notius. Antisthenes uero fuit Cynicae sectae conditor, uel illustrator: cuius gestamina fuerunt pallium, pera, & baculus, cognominatus ἀπλοκύνων, hoc est simplex canis. Voluptatem summum malum esse dixit: eius namque hoc est

μακρὴν μάλλον ἢ θέλει id est insanirem potius quam oblectarer. **NEGAT quemquam** ꝛ Idem lib. I. de Finib. **QVAM fortunam** ꝛ Erat & haec Epicuri sententia, quam laudat, Raro fortuna sapienti interuenit. **METRODORVS.** ꝛ Epicuri discipulus, cuius perinde atque Epicuri, uitam quoque dissidere a uerbis ostendit. **OCCEPAVI** ꝛ Plutarchus περὶ εὐθυμίας, Graeca refert uerba, Προκατέλημμαι σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσι τῇ σὴν ἀφ' ἑρμῆν παρὶν δούσιν. **ADSPIRARE** ꝛ accedere. Virgilius:

—Nec equis adspirat Achillis,

Alias saure, ut Virgil.

—adspirat primo fortuna labori.

## CICERO

**P**RAECLARE si Aristo Chius, aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum diceret. tu uero, Metrodore, qui omne bonum in uisceribus, medullisq. condideris, & defineris, summum bonum firma corporis affectione, explorataq. Spe contineri; fortunae adiutus interclusisti: quomodo isto enim bono iam exspoliari potes, at qui his capiuntur imperiti: & propter huiusmodi sententias istorum hominum est multitudo, acute disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, uidere. uelut in ea ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus, omnes bonos, semper beatos uolumus esse. quos dicam bonos, perspicuum est. omnibus enim uirtutibus instructos, & ornatos, tum sapientes, tum uiros bonos dicimus. Videamus, qui dicendi sint beati. equidem hos existi-

mo, qui sint in bonis, nullo adiuncto malo, nec ulla alia huic uerbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumalata bonorum complexio, hanc esse qui uirtus, si quidquam praeter ipsam boni est, non potest, aderit enim malorum, si mala illa dicimus, turba quaedam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio suorum, graues dolores corporis, perdita ualetudo, debilitas, caecitas, interitus patriae, exilium, seruitus. denique in his tot, & tantis, atque etiam quae plura possunt accidere, potest esse sapiens; nam haec casus importat, qui in sapientem potest incurere: at, si ea mala sunt, quis potest praestare sapientem semper beatum fore, cum uel in omnibus his uno tempore esse possit?

## EXPLANATIO

**A**RISTO Chius ꝛ Aristonis Chij meminit in lib. de Finib. & de Senectute. **STOICVS ZENO** ꝛ Zeno conditor Stoicae sectae, nihil celebratius. **IN uisceribus**, ꝛ quia uoluptatis assertor. **QVOD cuique dicendum sit**, ꝛ Quid quemq. dicere conueniat. **SECRETIS** ꝛ a motis malis, atq. seiunctis. **CVMALATA bonorum complexio.** ꝛ Boetius in III. de Consolatione, Beatitudinem, ait, esse statum bonorum omnium congregatione perfectum. **SI quidquam boni** ꝛ Tamquam Stoicus, ducit solam uirtutem in bonis: nec in malis ponit fortunae naufragia, & corporis dolores. **CASVS importat** ꝛ Casus, ut docet Boetius in V. de Consolatione, est inopinatus euentus. Statius ait, in hanc sententiam:

—omnia casu

Fecimus, & uires auxit fortuna nocendi.

## CICERO

**N**ON igitur facile concedo neque Bruto meo, neque communibus magistris, neque ueteribus illis, Aristoteli, Speusippo, Xenocrati, Polemoni, ut, cum ea, quae supra enumeravi, in malis numerent, iidem di-

cant semper beatum esse sapientem. quos si titulus hic delectat insignis, & pulcher, Pythagora, Socrate, & Platone dignissimus; inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, uires, ualetudinem, pulchritudinem,

nem, diuitias, honores, opes cōtemnere, eaque, quae his contraria sint, pro nihilo ducere. tum poterunt clarissima uoce profiteri, se neque fortunae impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, neque paupertate terri, omniaq. sibi in sese esse posita, neque esse quidquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis. neque, hunc & haec loqui, quae sunt magni cuiusdam, & alii uiri, & eadem, quae uulgus, in malis, & bonis numerare, concedi nullo modo potest. Quae gloria commotus Epicurus exoritur: cui etiam, si dijs placet, uidetur semper sapiens beatus. hic dignitate huius sententiae capitur: sed nūquam id diceret, si ipse se audiret. quid est enim, quod minus cōueniat, quam ut is, qui uel summum, uel solum malum dolorem esse dicat, idem censeat, quam

hoc suauē est, tum, cum dolore crucietur, dicturum esse sapientem? Non igitur ex singulis uocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate, atque constantia. A. Adducis me, ut tibi assentiar: sed, tua quoque, uide, ne desideretur constantia. M. Quonam modo? A. Quia legi tuum nuper quartum de finibus: in eo mihi uidebare, contra Catonem differens, hoc uelle ostendere, quod mihi quidem probatur, inter Zenonem, & Peripateticos nihil, praeter uerborum nouitatem, interesse. quod si ita est; quid est causae, quin, si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnam uim in uirtute esse ad beatumendum, liceat idem Peripateticis diceret rem enim opinor spectari oportere, non uerba.

EXPLANATIO

COMMVNIBVS magistris, qui mihi, & Bruto communes fuerunt, ut Antiochus, Aristo, alij. SPEVSIPPO, Xenocrati, Polemoni, & Hi tres Platonis successores fuere in Academia. Speusippus ex sorore Platonis genitus octo annos docuit. Deinde Xenocrates philosophorum seuerissimus. Huic uero successit Polemon, qui, audito Xenocrate, ex infami geneone euaserat maximus philosophus. Eius metamorphosis attingit Horatius, cum ait,

—quaero facias ne quod olim Mutatus Polemon, ponas insignia morbi.

His contraria, imbecillitatem, aegrotationem, deformitatem, paupertatem, ignominiam: & cetera hoc genus. MULTITVDINIS opinio, quae est: hominem non posse beatum effici sine bonis fortunae, & corporis. OMNIA in sese conuenit huic sententiae illud Persianum:

—nec te quaesiueris extra.

Et haec loqui, Sensus est, Non possumus magna loqui, dicentes sapientem esse beatum: & numerare in bonis, & malis quae uulgus enumerat. CONCEDIT ullo modo potest. Sapiens enim beatus esse non poterit, uel cum bona defuerint, uel cum mala affuerint. Si dijs placet, prouerbialis ironia. QVAE hoc suauē est, Irridetur Epicuri dogma, tamquam sibi ipsi repugnans. Non igitur ex singulis, Elegans sententia, Non ex eo aestimandum esse philosophum, si quid semel atque iterum bene ac recte dixerit, sed si constanter, atque perpetuo. Alio qui saepe etiam pessimorum hominum praecelaras sententias est animaduertente. NIHIL praeter uerborum nouitatem, Idem in. I. V. de Finibus differit.

CICERO

M. TV quidē tabellis ob signatis agis mecum, & te significaris, quid dixerim aliquādo, aut scripserim, cum alijs isto modo, qui, legibus impositis, disputant: nos in diem uiuimus: quodcumque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi, uerum tamen, quoniam de cōstantia paullo ante diximus, non ego hoc loco id quaerē dum puto, uerum ne sit, quod Zenoni placuerit, quodq. eius auditori Aristoni, bonū esse solum, quod honestum esset; sed, si ita esset, tum ut hoc totum, beate uiuere, in una uirtute poneret. quare demus hoc sane Bruto, ut sit beatus semper sapiens. quā sibi conueniat, ipse uiderit. gloria quidem huius sententiae quis est illo uiro dignior? nos tamen teneamus, ut sit idem beatissimus. etsi Zeno Citiaeus, aduena quidam,

& ignobilis, uerborum opifex, insinuas se in antiquā philosophiam uidetur. huius sententiae grauitas a Platonis auctoritate repetatur: apud quem saepe haec oratio usurpata est, ut nihil, praeter uirtutem, diceretur bonum. uelut in Gorgia Socrates, cum esset ex eo quaesitum, Archelaum, Perdicae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, non ne beatum putaret, Haud scio, inquit: numquam enim cum eo locutus sum. An tu aliter id scire non potes? nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatus ne sit? an ego possum, cum ignorem, quam sit doctus, quam uir bonus? Quid tu in eo sitam uitam beatam putas? ita prorsus existimo, bonos beatos, improbos miseros. Miser ergo Archelaus? certe, si iniustus.

EXPLANATIO

TABELLIS ob signatis, Prouerbialis metaphora: hoc est, me reuincis testimonio mearum litterarum, meorumq. scriptorum. citat enim nunc discipulus contra Ciceronem libros ipsius Ciceronis de Finibus, quibus aliud censeat, quam his Tusculanis disputationibus sentiat. Nos in diem uiuimus, id est tamdiu aliquid retinemus, & defendimus, dum dies aliquid afferat probabilius. Est & haec ipsa prouerbialis metaphora. Nos tamen teneamus, ut idem sit beatus, & beatissimus. In Gorgia, In Platonis dialogo, cui titulus est Gorgias. QVAESITVM, & Gorgia Leontino rhetore. ARCHELAVM, & Macedoniae regem.

## CICERO

**V**idetur ne omnem hic beatam uitam in una uirtute ponere? quid uero in epitaphio; quo modo idē? Nam cui uiro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate uiuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario pendere ex alterius euentis, & errare coguntur; huic optime uiuendi ratio comparata est, hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic, & nascentibus, & cadentibus cum reliquis commodis, tū maxime liberis, parebit, & oboediet praecepto illi

ueteri: neque enim lactabitur umquā, neque maerebit nimis, quod semper in se ipso omnem spem reponet sui. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augusto, fonte nostra omnis manabit oratio, unde igitur rectius ordiri possumus, quam a communi parente natura? quae, quidquid genuit nō modo animal, sed etiam quod ita esset ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectum esse uoluit.

## EXPLANATIO

**H**ic est scilicet Plato, & apud Platonem Socrates. In Epitaphio; & eiusdem Platonis libro, PENDERE alterius euentis? Inquit Plato in Epitaphio, Qui non pendet ex alieno iudicio, nec ex aliena fortuna, cuique in se ipso spes omnes sitae sunt: hic est beatus appellandus: huic ratio uiuendi optima constituta est. NASCENTIBVS, & cadentibus? Dicimus commoda nascentia, quando primitus proueniunt: sicut cadentia, quando abeunt, & nos destituunt. TVM maxime liberis? hoc est filii, qui cum primis inter commoda mortalium numerantur. MANABIT? Permanet in translatione fontis: a quo riuus manare profluereque, consueuerunt. COMMVNI parente natura? Lactantius ait, Naturam dixerunt rerum omnium matrem. Seneca lib. i. v. de beneficijs, Natura, inquit, hoc mihi praestat: non intelligis, te, cum hoc dicis, mutare nomen deo? quid enim aliud est natura, quam deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inserta? STIRPIBVS suis? Graecis φυτῶν est, cuius species δένδρον, θάμνος, ἄρουρα, ἄρβυλος, arbor, frutex, samentum, herba,

## CICERO

**I**taque & arbores, & uites, & ea, quae sunt humiliora, neque se tollere a terra alius possunt, alia semper uiuent, alia, hieme nudata, uerno tempore repescuta frondescent: neque est ullum, quod non ita uigeat interiore quodam motu, & suis quoque feminibus inclusis, ut aut flores, aut fruges fundat, aut bacas; omniaque in omnibus, quantum in ipsis, nulla uel impediēte, perfecta sint. Facilius uero etiam in bestijs, quod his sensus a natura est datus, uis ipsius naturae perfici potest. namque alias bestias nantes aquarum incolae esse uoluit, alias uolucres caelo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes; earum ipsarum partium

soli uagas, partim congregatas: immanes alias, quasdam autem cicures, non nullas abditas, terraeque, rectas, atque earum quaeque suum tenens munus, cum in dispari animalis uitam transire non possit, manet in lege naturae. Et, ut bestijs aliud alij praecipui a natura datum est, quod suum quaeque retinet, nec discedit ab eo: sic homini multo quiddam praestantius. etsi praestantia debent eadē dici, quae habent aliquam comparationem: humanus autem animus, decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictum, comparari potest.

## EXPLANATIO

**H**VMILIORA, & breuiora. ALIAE semper uiuent, & quae ἀειφύλλα. ALIA hieme nudata? quae φύλλοβλάνα dicuntur. NEQUE est ullum? scilicet ita ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur. INTERIORE quodam motu? uel scilicet ipsius naturae. NAMQUE alias bestias? Ex Aristotele ad uerbum transcriptus locus. SERPENTES? Nomen generale est serpens, de his, quae serpunt citra usum pedum. In hanc sententiam lib. v. de Finib. sic scriptum est: Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus utri uideamus boues, uespas aculeis, suam denique naturam esse ad uiuendum ducem. IMMANES? truculentas, noxias, efferas; ut sunt ursi, & tigrides. CICURES? mansuetas, & placidas: uerbum uetus est Cicurare: quod significat mansuefacere. MVNVS? officium. DISPARIS? scilicet naturae. Commune quidem omnium animalium est, secundum naturam uiuere, sed naturae diuersae sunt; ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini. PRAESTANTIA? antecellentia: Praestare est antecellere. Dicimus Praesto illi: pro melior sum illo, uel Praesto illum. Quinctilianus, Praestat ingenio alius alium: & Virgil. Vel magnum praestet Achillem. Ex mente diuina? ob id Horatius animam aurae diuinae particulam nominat. SI hoc fas est dictum, & Tamquam nefas sit animum humanum comparare cum deo, qui incomparabilis est, ineffabilis, ineffabilis.

CICERO

## C I C E R O

**H**ic igitur, si est ex cultus; & si eius acies ita curata est, ut ne caccetur erroribus: fit perfecta mens, id est absoluta ratio; quae est idem, quod uirtus. & si omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum, atque cumulatam est, idq. uirtutis est proprium; certe omnes uirtutis compotes beati sunt. & hoc quidem mihi cum Bruto conuenit, item cum Aristotele, Xenocrate, Spensippo, Polemone. sed mihi uidentur etiam beatissimi. quid enim deest ad beate uiuendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse qui potest? at diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartito, qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunae stabilitate confidere? atqui, nisi stabili, & fixo permanente bono, beatus esse nemo potest. quid igitur eiusmodi istorum est? ut mihi illud Laconis dictum in bos cadere uideatur: qui gloriantur cuidam mercatori,

quod multas naues in omnem oram maritimam dimississet, non sane optabilis ista quidem est, inquit, rudentibus apta, fortuna. An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quod uita beata complectitur, si id possit amitti? nihil enim inueterascere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus uita beata consistit. nam, qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit. uolumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, in expugnabilem, sacrum, atque munitum, non ut paruo metu praeditus sit, sed ut nullo, ut enim innocens is dicitur, non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet: sic sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu uacat. quae est enim alia fortitudo, nisi animi affectio cum in aduendo periculo, & in labore, ac dolore patiens, tum procul ab omni metu?

## E X P L A N A T I O

**E**ius acies est acumen, & oculus, qui, ut inquit Plato, tunc maxime florescit, cum oculus corporeus deflorescit. **CURATA** est, est philosophia: quae animorum est medicina. **CAECETUR erroribus** est caligine opinionum. **QUI bona diuidit tripartito.** est Contra Peripateticos, qui bona trifariam partiuntur, Prima sunt animi, secunda corporis, tertia fortunae, & ex his uitam beatam cumulatamq. cōficiunt. **LACONIS dictum** est Meminit huius etiam Plutarch. in Apophthegmatis Laconicis. **RUDENTIBUS apta,** est quae pendet a rudentibus. Eodem modo locutus est in Paradoxo. **II.** Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq. in se uno sua ponit omnia. **INVETERASCERE,** est senescere, & consequenter cedere, & exstingui. huiusmodi sunt bona corporis & fortunae, fluxa scilicet & fragilia, cum uirtus clara aeternaq. sit. **SED qui omnino metu uacat.** est Stoici enim stirpitus euellunt omnes affectus, quos Peripatetici temperant, ac moderantur.

## C I C E R O

**A**tque haec certe non ita se haberent, nisi omnino bonum in una honestate consisteret. qui autem illam maxime optatam, & expetitam securitatem (securitatem autem nunc appello uacuitatem aegritudinis, in qua uita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum? qui autem poterit esse celsus, & erectus, & ea, quae homini accidere possunt, omnia parua ducens, qualem sapientem esse uolumus, nisi omnia sibi in se posita esse censebit? an Lacedaemonij Philippo mimitanti per litteras,

se omnia, quae conarentur, prohibitorum, quae fuerunt, num se esset etiam mori prohibitorum: uir is, quae quae-rimus, non multo facilius tali animo reperietur, quam ciuitas inuersa? Quid, ad hanc fortitudinem, de qua loquitur, temperantia adiuncta, quae sit moderatrix omnium commotionum? quid potest ad beate uiuendum deesse ei, quem fortitudo ab aegritudine, & a metu uindictae, temperantia tum a libidine auocet, tum insolentia acritate gestire non sinat? haec efficere uirtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata.

## E X P L A N A T I O

**Q**ui autem? quomodo autem, interrogatiue legendum. **PHILIPPO** Macedonum regi. Philippus Graecae bellator dicitur. **COMMOTIONUM** est perturbationum, quas temperantia suffrenat, & moderatur. **INSOLENTI acritate** est immodica laetitia, quae reprehensibilis est.

## C I C E R O

**A**tqui cum perturbationes animi miseram sedationes autem uitam efficiant beatam; duplexq. ratio perturbationis sit, quod aegritudo, & metus in malis opinatis, in bonorum autem errore laetitia gestiens, libidoq. uersentur; cum haec omnia cum consilio, & ratione pugnet: his tu tam grauibus concitationibus, tamq. ipsis inter se dissidentibus, atque distractis, quem uacuum, solum, liberum uideris, hunc dubitabis beatum dicere? atqui sapiens semper ita affectus est: semper igitur sapiens beatus est. Atque etiam omne bonum laetabile est: quod autem laetabile, id praedicandum, & pra-

seferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si uero gloriosum, certe laudabile: quod autem laudabile, profecto etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum. at, quae isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt. solum igitur bonum, quod honestum, ex quo efficitur, honestate una uitam contineri beatam. non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserum. An dubitas, quin praestans ualetudine, uiribus, forma, acerrimis, integerrimisq. sensibus; adde etiam, si libet, pernecitatem, & uelocitatem; da diuitias, honores, imperia, opes, gloriam;

riam; si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo; dubitabis ne eum miserum dicere? quae igitur ista bona sunt, quae qui habeat, miserimus esse possit?

## EXPLANATIO

SEDATIONES autem &c. 3 quia scilicet contrariorum contraria sunt consequentia. OMNE bonum laetabile est: 3 forites est: siue acervalis argumentatio. NON sunt igitur 3 Aristoteles lib. 1. Polit. cap. VI. Α' τοτον, τοι ου του τδ, πλουτον, ου ευπορον, λιμα σποληται. PERNICITATEM, & uelocitatem 3 distinguit haec Nonius Marcellus. QVALIA igitur ista 3 colligit, non esse bona, quae sunt, corporis, & & fortunae. quandoquidem etiam miserimus esse possit, qui ista possideat.

## CICERO

VIDEAMVS, ne, ut aceruus ex sui generis gravis, sic beata uita ex sui similibus partibus effici debeat. quod si ita est; ex bonis, quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum. ea mixta ex dissimilibus si erunt, honestum ex his effici nihil poterit. quo detracto, quid poterit beatum intelligi? etiam quid quid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod uero approbaris, in gratum acceptumque habendum: ergo etiam dignitas ei tribuenda est. quod si ita est; laudabile sit necesse est. bonum igitur omne laudabile: ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum.

quod ni ita tenebimus; multa erunt, quae nobis bona dicenda sint. omitto diuitias: quas cum quibus, quamuis indignus, habere possit; in bonis non numero, quod enim est bonum, id non quibus habere potest. omitto nobilitatem, famamque popularem, stultorum, improborumque consensu excitatam. haec sunt minima, tamen bona dicantur necesse est, candiduli dentes, uenustas oculi, color suavis, & ea, quae Eurychia laudat, Vlyssis si pedes abluens, lenitudo orationis, mollitudo corporis. ea si bona dicimus, quid erit in philosophi grauitate, quam in uulgi opinione, studiorumque turba, quod dicatur aut grauius, aut grandius?

## EXPLANATIO

EX suis generis granis 3 ut aceruus fabaceus ex granis fabae fiat: non autem confusaneus ex dissimilibus mixtis: ut ex granis tritici, fabae, milij. MIXTA ex dissimilibus 3 ex bonis corporis, & fortunae, quae dissimilia sunt, bonis animi, ex quibus solis confit honestum id, in quo Stoici beatam uitam collocant. ID expetendum 3 consecrarium Stoicorum. FAMAM popularem, 3 quae est adumbrata gloria, & plerumque uitiorum laudatrix. CANDIDULI dentes 3 Videur esse consecrarium, ut, si pulchritudo, uires, & reliqua corporis commoda sint in bonis, bona etiam dicantur quaedam minutula: ueluti dentes candidi, & uenustas oculorum, quibus pulchritudo consumatur. COLOR suavis 3 Formae dignitas coloris bonitate tuenda est, color exercitationibus corporis. EURYCHIA 3 nutritrix Vlyssis, quam Pacuius in Niptra ita introducebat Vlyssis pedes abluentem. & meminit Homerus Iliad. XIX. & supra nonnihil lib. II. de eadem est dictum.

## CICERO

AT enim eadem Stoici praecipua, uel producta dicunt, quae bona isti, dicunt illi quidem: sed his uitam beatam compleri negant. hi autem sine ijs esse nullam putant: aut, si sit beata, beatissimam certe negant. nos autem uolumus beatissimam: idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. sic enim princeps ille philosophiae dissebat: qualis cuiusque animi affectus esset, talem esse hominem; qualis autem ipse homo esset, talem esse orationem; orationi autem facta similia factis uitam. affectus autem animi in bono uiro laudabilis: & uita igitur laudabilis boni uiri: honesta ergo, quoniam laudabilis. ex quibus, bonorum beatam uitam esse, concluditur. etenim, pro deorum atque hominum fidem, parum ne cognitum est superioribus nostris disputationibus, an delectationis & otij consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem uocamus, semper uacare? semper in animo eius esse placidissimam pacem? uir igitur temperans, constans, sine metu, sine acritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, non est beatus? at semper sapiens talis: semper igitur beatus.

nesta ergo, quoniam laudabilis. ex quibus, bonorum beatam uitam esse, concluditur. etenim, pro deorum atque hominum fidem, parum ne cognitum est superioribus nostris disputationibus, an delectationis & otij consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem uocamus, semper uacare? semper in animo eius esse placidissimam pacem? uir igitur temperans, constans, sine metu, sine acritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, non est beatus? at semper sapiens talis: semper igitur beatus.

## EXPLANATIO

AT enim 3 obiectio. PRAECIPUA, uel producta 3 απονημυα. ISTI 3 Peripatetici. SED his 3 Peripateticis. SINE ijs 3 praecipuis, uel productis. TALEM esse orationem 3 Vnde etiam in prouerbio abiit, Qualis homo, talis eius oratio: & Animi index oratio. PRO deorum, &c. 3 Exclamatio est uisitatissima, qua Sacyrographus

phus deceter usurpat illo uersu, Nos hominū diuimq. fidē clamore ciemus: ubi Fidē accipimus pro auxilio. Auctor est. M. Tullius in Oratore dici pro Deum fidem, & Pro deorum fidem, & alterū contractū. & imminutum, alterum plenum, & integrum. VACARE uacuū, liberumq. esse. PLACIDISSIMAM ꝛ sicut pacem summa tenent, & supra globum Lunae omnia pacata sunt, serena, defaecata: ita secundum Stoicos in animo sapientis semper serenitas est, & tranquillitas placidissima. ALACRITATE ꝛ laetitia gestiente.

CICERO

IAM uero qui potest uir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quae agit, quaeq. sentit referret autem omnia ad beate uiuendum: beata igitur uita laudabilis, nec quidquam sine uirtute laudabile: beata igitur uita uirtute conficitur. Atque hoc sic etiam concluditur, nec in misera uita quidquam esse praedicabile, aut gloriandum, nec in ea, quae nec misera sit, nec beata. & est in aliqua uita praedicabile aliquid, & gloriandum, ac praesefendum: ut Epaminondas; Consilij nostris laus est attonsa Laconum: ut Africanus; A sole exoriente, supra Maeoti paludes,

Nemo est, qui factis me aequiparare queat. quod si sola est beata uita glorianda, & praedicanda, & praesefenda est, nihil est enim aliud, quod praedicandum, & praesefendum sit, quibus positus, intelligis quid sequatur. & quidē, nisi ea uita beata est, quae est eadem honesta: sit aliud, necesse est, melius uita beata. quod enim erit honestum, certe fatebuntur esse melius. ita erit beata uita melius aliquid. quo quid potest dici peruersius? Quid? cum fatentur satis magnam uim esse in uitij ad miseram uitam, non ne fatendum est, eandē uim in uirtute esse ad beatam uitam? contrariorum enim contraria sunt consequentia.

EXPLANATIO

QUI quomodo, per interrogationem legendum est. Hoc sic concluditur ꝛ argumentum a contrario. Nec misera sit, nec beata. ꝛ Talem uitam de se ipso expressisse uidetur M. Tullius, cum ait. Ita sunt res nostrae, ut in secundis fluxae, ut in aduersis bonae CONSILII nostris ꝛ Epigramma exstat in Baeoticis Pausaniac:

Ἡμετέρας βουλὰς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξα,  
Μεωσίην δ' ἱερά τέκνα χρόνῳ δέχεται,  
Θήβη δ' ὀπλοῖσιν μέγαλι πόλις ἐσεράγεται,  
Αὐτονόμος δ' ἑλλὰς πᾶσα ἐν εὐλευθερίῃ.

A Sole exoriente, ꝛ Verius sunt Ennii, apud quem Scipio ita gloriabundus describebatur. Videtur autē Ennius hac figura orationis uniuersum orbem terrarum significare uoluisse, ut exoriens sol matutinam & australem plagam, Maeotis palus Septentriones, & occasum designaret. Quid sequatur ꝛ nimirum, in sola beata uita esse situm, quidquid praedicabile est, & gloriandum. CONTRARIORVM enim ꝛ ut si in uitio miseram uitam statuimus, in uirtute beatam statuere sit necesse.

CICERO

QVO loco quaero, quam uim habeat libra illa Critolai: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & externa tantū propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. quid igitur aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem illum, grauissimum philosophorum, exaggerantem tant opere uirtutem, & extenuantem cetera, & abiciens, in uirtute non beatam modo uitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi sit, uirtutū interitus consequetur, nam, in quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere necesse est. est enim metus, futu- rae aegritudinis sollicita expectatio, in quem ante metus, in eundem formido, timiditas, paupor, ignauiā, ergo, ut idem uincatur interdum, necesse est, nec putet ad se

praeceptum illud Atrei pertinere; Proinde ita parent se in uita, ut uinci nesciant. hic autem uincetur, ut dixi, nec modo uincetur, sed etiā seruiet. at nos uirtutem semper liberam uolumus, semper inuictam, quae nisi sunt, sublata uirtus est, atqui, si in uirtute satis est praesidij ad bene uiuendum, satis est etiam ad beate: satis est enim certe in uirtute, ut fortiter uiuamus: si fortiter, etiam ut magno animo, & quidem ut nullā re unquam terre amur, semperq. simus inuicti. sequi uir, ut nihil paeniteat, nihil desit, nihil obstat, ergo omnia profuenter, absolute, prospere igitur beate. satis autem ad fortiter uiuendum uirtus potest: satis ergo etiam ad beate.

EXPLANATIO

LIBRA illa Critolai: ꝛ Critolaus, & Xenocrates in uirtute ponebant quidem uitam beatam, sed, ut ea beatissima fieret, externis etiam bonis opus esse dicebant, corporis uidelicet, & fortunae. Hac autem

tem

rem librae similitudine uti solebar Critolaus, ut ostenderet, quanto essent animi bona, corporis, & fortunae bonis praestantiora. Meminit huius similitudinis etiam lib. v. de Fin. FORMIDO, & Metus permanens. TIMIDITAS, & Metus mali appropinquantis. PAVOR, & Metus mentem de loco mouens. IGNAVIA: & Metus consequentis laboris, quae & pigritia nominatur. ATREI & Atreus tragoedia ueteris alicuius poetae, in qua inducebatur Atreus praecipiens filijs, ut in uitale ita praepararet, ne uinci possent. PROINDE & ideo, siue itaq. Vt uinci nesciant, ita Virg.

& nescia uinci

Pectora.

Hic autem, scilicet, in quem cadit aegritudo. Ad bene uiuendum, & ad honeste uidendum. Reciproca haec quodammodo sunt bene uiuere, & beate uiuere: ut nec bene uiui possit, nisi beate, nec beate, nisi bene. Vt fortiter uiuamus, Fortitudo uirtutis species est, & nomen, ex quo fit, ut, qui fortiter uiuit, cum uirtute uiuat, quae res ad beate uiuendum satis est; quod in praefata M. Tullius colligit per coniectura Stoicorum.

## CICERO

ETENIM ut stultitia, etsi adepta est quod concupit, numquam se tamen satis consecutam putat: sic sapientia semper eo contenta est, quod adest; neque eam unquam sui paenitet. similem ne putas C. Laelii unum consulatum fuisse, & eum quidem cum repulsa: (etsi, cum sapiens, & bonus uir, qualis ille fuit, suffragijs praeteritur, non populus a bono consule potius, quam ille a uano populo, repulsam fert?) sed tamen, utrum malles te, si potestas esset, semel, ut Laelium, consulem, an, ut Cinna, quater non dubito, tu quid responsurus sis. itaque uideo, cui committam, non quemuis hoc idem in-

terrogarem, responderet enim alius fortasse, se non modo quattuor consulatus uni antepone, sed unum diem Cinnae multorum, & clarorum uirorum totis aetatibus. Laelius si digito quem attigisset, poenas dedisset: at Cinna collegae sui, consulis, Cn. Octauij praecidi caput iussit, P. Crassi, L. Caesaris, nobilissimorum hominum, quorum uirtus fuerat domi, militiaeque cognita; M. Antonij, omnium eloquentissimi, quos ego audierim; C. Caesaris, in quo mihi uidetur fuisse specimen humanitatis, salis, suauitatis, leporis.

## EXPLANATIO

NEQ. eam unquam sui paenitet? Autumant Stoici sapientem nullius rei paenitere, nulla in re falli; sententiam mutare numquam. SIMILEM ne putas? Exemplis probat, beatam uitam in uirtute positam esse. C. Laelii sapientis, ac boni uiri, qui consul cum Cor. Scipione fuit. ET SI, cum sapiens, & Dicit non minorem repulsam ferre populum, quam sapientem, cum is a populo negligitur. Quo pertinet illud P. Aemilii, qui consul designatus, se non habere gratiam populo dixit, cum illis consule magis, quam consulatu sibi fuerit opus. SI potestas esset? subaudi, tibi data, eligendi, quod malles. Tu quid responsurus sis: nempe id, quod bonus uir, ut unum C. Laelii consulatum quattuor Cinnae praeferes. CINNAE hominis improbi, ac reip. perturbatoris. LAELIUS confert inter se consulatus Cinnae, & Laelii. CINNA collegae sui, consulis, Cn. Octauij praecidi caput iussit. Consulis, puto glossema, adscriptum ad Collegae. Haec Paullus pater. PRAECIDI caput & pro rostris expositum est. P. Crassi, & Duo Crassi pater, & filius in mutuo alter alterius ad specu mactati sunt. L. Caesaris, & De hoc L. Florus ait: Caesar, & Fimbria in penetibus domorum suarum trucidantur. In. III. de Orat. scriptum legimus, caput C. Iulij Caesaris cum Lucii Iulii fratris capite, iacuisse pro rostris, non longe a capite M. Antonij oratoris. Inibi ait P. Crassum suapte interfectum manu. Fuit dominatio Cinnae reip. exitialis, & funesta. Ex Liuius, Appiano, Plutarcho, Floro, & aliis.

## CICERO

BEATVS ne igitur, qui hos interfecit? mihi contra non solum eo uidetur miser, quod ea fecit; sed etiam, quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret. etsi peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cuique conceditur. utrum tandem beator C. Marius, tum, cum Cimbricae uictoriae gloriam cum collega Catulo communicauit, paene altero Laelio, (nam hunc illi duco simillimum) an cum ciuili bello uictor iratus, necessarius Catuli deprecantibus, non semel respondit, sed saepe, moriatur? in quo beator ille, qui

huic nefariae uoci paruic, quam is, qui tam scelerate imperauit, nam cum accipere, quam facere, praestat iniuriam; tum morti iam ipsi aduentanti paullulum procedere obuiam, quod fecit Catulus, quam, quod Marius, talis uiri meritu sex suos obruere consulatus, & contaminare extremum tempus aetatis. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum v & xx natus annos dominatum occupasset. qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam, seruitute oppressam tenuit ciuitatem? at qui de hoc homi-

ne



ne a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam virum acrem, & industrium, eundem tamen maleficum fuisse eius in uictu temperantiam, in rebusq. gerendis natura, & iniustum.

EXPLANATIO

ET SI peccare & correctio. LICERE dicimus, Hinc dicta Licentia, qua omnes fieri deteriores, eleganter dixit Terentius. C. Marius, Vide Plutarch. in eius uita. TAM scelerate ACCIPERE, quam facere, Socratis sententia, saepe apud Platonem repetita: Ου νόμος μόνον ἐστὶν αἰσχρὸν τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ εὐσεβεῖν. In Gorgia. PROCEDERE obuiam, scilicet praefat. Sex suos obruere consulatus, Sex tantum consulatus egerat C. Marius, cum Q. Catulus se ipsum peremit, post quod tempus septimum consul iniuit magistratum. DVODEQVADRAGINTA triginta octo, quasi duo desunt quadraginta. DIONYSIVS de Dionysio scripsit accurate Philistus. QVA pulchritudine urbem? Syracusas intelligit, de qua fufius in VI. Verrina. Sunt autem quae hic de Dionysio recenset Ciceto, memoratu cum primis digna, nec ita passim obuia.

CICERO

EX quo omnibus bene ueritatem intuentibus uide-  
ri neesse est miserimum. ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, conseqnebatur. qui cum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus, (etsi id quidem aliis alio modo tradit) abundaretq. & aequalium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum, haberet etiam, more Graeciae, quosdam adolescentes amore coniunctos; credebatur eorum nemini; sed ijs, quos ex familiaribus locupletum seruos delegerat, quibus nomen seruitutis ipse detraxerat, & quibusdam conuenis, & feris barbaris corporis custodiam committebat. ita, propter iniustam dominatus cupiditatem, in carcerem quodam modo ipse se incluse-  
rat. quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. ita, sor dido, ancillariq. artificio, regiae uirgines, ut tonsori culae, tondent barbam, & capillum patris. & tamen ab ijs ipsis, cum iam essent adultae, ferrum remouit; instituitq. ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi, & capillum adurent. cumq. duas uxores haberet, Aristomachen, ciuem suam, Doridem autem Locrensem; sic noctu ad eas uentitabat, ut omnia specularetur, & perscrutaretur ante. & cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusq. fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset; cum ipsum, cum fores cubiculi clauserat, detorquebat. idemq. cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. atque is, cum pila ludere uellet, (studiose enim id facitabat) tunicamq. poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. hic cum quidam familiaris iocans dixisset, huic quidem certe uitam tuam committis, arriissetq. adolescens: utrumq. iussit interfici; alterum, quia uiam demonstrauisset interimenti sui; alterum, quia id dictum risu approbauisset. atque eo facto sic doluit, ut nihil grauius tulerit in uita. quem enim uehementer amaret, occide-  
rat.

EXPLANATIO

UIDERI neesse est miserimum. & Supra enim conclusum est, qui iniustus sit, eundem esse miserimum. ET SI id quidem aliis alio modo? Ut Diodorus lib. XII I. & Socrates ad Philippum: qui ab eo, quod hic legitur, dissentiuunt. QVOSDAM adolescentes nimirum illustres. CREDEBAT? confidebat. DETRAXERAT? tamquam inuisum nomen. CONVENIS? qui scilicet in unum conuenerant ex diuersis nationibus. ANCIllARI? seruili. DVAS uxores? Diodorus lib. XIV. & Plutarch. in Dione. DETORQUEBAT? in alteram partem deflectebat, ne quis per ipsum ponticulum accedere posset ad fores. SYGGESTIS? pulpitis. VITAM tuam committis? in manu enim illius est, qui accipit gladium, hominem, a quo accipit, necare, si uelit. ALTERVM? familiarem. ALTERVM? adolescentulum, quem amabat.

CICERO

SCILicet distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. cum huic obscucus sis, illi est repugnandum. quamquam hic quidem tyrannus ipse indicauit, quam esset beatus. nam cum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum; negaretq. umquam beatiorem quemquam fuisse; uis ne igitur, inquit, o Damocle, quoniam haec te uita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam: cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosq. complures ornauit argento, auroq. caelato. tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere,

sterc, eosq. ad nutum illius intuentes diligenter ministrare. aderant unguenta, coronae: incendebatur odor: mensae conquistissimis epulis exstruebantur. fortunatus sibi Damocles uidebatur. in hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, seta equina appensum, demitti iussit, ut impederet illius beati cervicibus.

## E X P L A N A T I O

**S**IC *distrabuntur* § Epiphonema. **IMPOTENTIUM** § qui suis cupiditatibus imperare non possunt. **Gracis** ἀκρατεῖς dicuntur. **HVIC** § cupiditati imperiosae, quae sanguinariū fecit Dionysium. **ILI** § hoc est, dolori ex morte adolescentuli amati, **NAM**, cum quidam § Idem refert etiam Macrobius in Somnio Scipionis lib. 1. cap. 10. **ABACOS** § mensas quasi gradatim factas. **AVRO caelato** § sculpto.

## C I C E R O

**I**TA **Q**VE nec pulchros illos administratores adspiciebat, nec plenum artis argentum: nec manum porrigebat in mensam: iam ipsae defluebant coronae: denique exorauit tyrannum, ut abire liberet, quod iam beatus nollet esse. Satis ne uideatur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat: atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, ciuisq. libertatem, & iura redderet. ijs enim se adolescens, improvida aetate, irretierat erratis, eaq. commiserat, ut saluus esse non posset, si sanus esse coepisset. Quam opere uero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimecebat, declarauit in Pythagoreis duobus illis: quorum cum alterum uadem mortis accepisset, alter, ut uadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam: utinam ego, inquit, tertius uobis amicus adscriberer. quam huic erat miserum carere consuetudine amicorum, societate uictus, sermone omnino familiaris homini praefertim docto a puero, & artibus ingenuis erudito. Musicorum uero per studiosum accepimus, poetam etiam tragicum: quam bonum, nihil ad rem: in hoc enim ge-

nere nescio quo pacto magis, quam in alijs, suum cuique pulchrum est. adhuc neminem cognoui poetam, (& mihi fuit cum Aquino amicitia) qui sibi non optimus uideretur. sic se res habet: te tua, me delectant mea. Sed, ut ad Dionysium redeamus: omni cultu, & uictu humano carebat: uiuebat cum fugitiuis, cum facinorosis, cum barbaris: neminem, qui aut libertate dignus esset, aut uellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur, non ergo iam cum huius uita, quae taetrius, miserius, detestabilis excogitare nihil possum, Platonis, aut Archytae uitam comparabo, doctorum hominum, & plane sapientium. Ex eadem urbe humilem homunculum a puluere, & radio excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedes, cuius ego quaestor, ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negaret, saeptum undique, & uestitum naepribus, & dumetis, indagavi sepulcrum, tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam; qui declarabat, in summo sepulcro sphaeram esse positam cum cylindro.

## E X P L A N A T I O

**C**ORONAE § coronati epulabantur. Auctor est Plinius fuit coronas sollemnes fuisse in cena. In Pythagoreis duobus § Damone, & Pythia, quorum amicitiae meminit lib. 111. off. Cicero & Plutarchus. **VADEM** § sponsores M. Varro lib. 11. de Lat. lingua, Vas, inquit, appellatus, qui pro altero uadimonium promittebat. **MUSICORVM** § pro, musicae artis. de orat. lib. 1. & lib. 11. epist. ad Att. Ter. Eun. Fac. peticulum in musicis. **POETAM etiam tragicum** § Vnde Plinius refert, gaudio eum obijisse, accepto tragicae uictoriae nuncio. celebratur illud quoque Philoxeum ideo in Latomias coniectum, quod recitata ab eo carmina laudare noluisse. **Te tua**, § Prouerbiale. **TAETRIVS** § crudelius. **Ex eadem urbe** § Syracusana. **HUMILEM homunculum** § Archimedes tenui sorte praeditum, qualem etiam Silius describit 111. Punicorum.

Vir fuit Ilthmiacis decus immortale colonis,

Ingenio facili ante alios telluris alumnos,

Nudus opum: sed cui caelum terraeq. paterent.

**A puluere, & radio Archimedes** § hoc est, Archimedes geometram: Olim enim Geometrae radio sine uirgula in puluere sua describebant schemata. Vnde Virgil. Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Nobilissimus hic geometra, quem Marcellus Brjareum uocitabat, interdixeratq. ne captis Syraculis uiolaretur, a milite ignaro quis esset, interfectus est. Gloriatur autem Cicero, capta per digressiuunculam occasione a se repertum Archimedis sepulcrum, ipsis etiam Syracusanis ignoratum. Ego quaestor, cum Sicilia duobus quaestoribus regi soleret, uno Libyitano, altero Syracusano: M. Tullius Lilybaetanus fuit, Sexto Peducaeo praetore. De hac sua praetura scribit ipse affatim in Verrinis, & in orat. pro Plancio. **VAEPRIBVS** § spinis, & sentibus. **SENARIOLOS** § uersiculos a senis pedibus dictos. **SPHAERAM cum cylindro** § nam de his scriptis duos libros Archimedes. Est autem Cylindrus lapis teres, siue collumella oblonga, a uolubilitate dictus. de quo poeta,

Area tum primum est ingenti aequanda cylindro.

CICERO

Go autem cum omnia collustrarem oculis, (est enim ad portas Agragianas magna frequentia sepulcrorum) animaduertit columellam non multum eminentem: in qua inerat sphaerae figura, & cylindri: atque ego statim Syracusanis (erant autem principes mecum) dixi, me illud ipsum arbitrari esse, quod quaererem. immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum, quo cum patefactus esset auditus, ad aduersam basim accessimus: apparebat epigramma, exestis posterioribus partibus uersiculorum, dimidiatis fere. ita nobilissima Graeciae ciuitas, quondam uero

etiam doctissima, sui ciuis, unius acutissimi, monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Sed redeat unde aberrauit oratio. Quis est enim omnium, qui modo cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? si uitae modum, actionemque quaerimus: alterius mens rationibus agitandis, exquirendisque aiebat, cum oblectatione solertiae, qui est unus suauissimus pastus animorum: alterius caede, & iniurijs, cum & diurno, & nocturno metu.

EXPLANATIO

AD portas Agragianas? fortasse rectius, Agraganas: ut sint eae portae, per quas iretur Agragatum urbem, quae Graecis ἀγραγὰς dicebatur, ab Agraga fluuio. Quo nomine Virgilius usus, Arduus inde Agragas.

COLVMELLAM? Demetrius, ut docet Cicero in libris de legibus, sepulcris nouis modum finiens, noluit super terrae tumulum statui nisi columellam, quae tribus cubitis non esset altior. BASIM? fundamentum columellae sepulchralis. EXESTIS? corrofis, & uetustate consumptis. GRAECIAE ciuitas, Syracusae. DOCTISSIMA? tum propter Archimedem, & alios, tum maxime propter Theocritum Bucolici carminis scriptorem, qui fuit Syracusanus. CRVIS? Archimedis. AB homine Arpinate? de se ipso intelligit Cicero ex Arpino obscuro aliqui opido, cuius etiam fuit C. Marius. CVM humanitate? De hoc uerbo uide quae annotauit Gellius lib. xxi. cap. 16. MATHEMATI CVM? Archimedem intelligit, TYRANNVM? Dionysium. ALTERIUS mens? scilicet Dionysii meus aiebat.

CICERO

Ge confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram, quae regna, quas opes studijs eorum, & delectationibus antepones? etenim, quae pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quaeris, omnium optimum. quid est autem in homine, sagaci, ac bona mente melius? eius bono fruendum est igitur, si beati esse uolumus. bonum autem mentis est uirtus: ergo hac beatam uitam contineri necesse est. hinc omnia, quae pulchra, honesta, praeclara sunt, ut supra dixi, (sed dicendum illud idem paullo uberius uidetur) plena gaudiorum sunt. ex perpetuis autem, plenisque gaudijs cum perspicuum sit uitam beatam existere; sequitur, ut ea existat ex honestate. Sed, ne uerbis solum attingamus ea, quae uolumus ostendere, proponen-

da quaedam quasi mouentia sunt, quae nos magis ad cognitionem, intelligentiamque conuertant. sumatur enim nobis quidam praestans uir optimis artibus, isque animo parumper, & cogitatione fingatur. primum ingenio eximio sit, necesse est; tardis enim mentibus uirtus non facile comitatur: deinde ad inuestigandam ueritatem studio incitato. ex quo triplex ille animi foetus existit; unus in cognitione rerum positus, & in explanatione naturae; alter in descriptione expendarum, fugiendarum ue rerum; tertius in iudicando, quid cuique rei sit consequens, quid repugnans: in quo inest omnis: tum subtilitas discernendi, tum ueritas iudicandi.

EXPLANATIO

ETENIM, quae pars optima,? Probat solis animi bonis (quae uirtus est) non corporis, aut fortunae felicitatem constare. SVMATVR enim nobis? Depingit exemplar sapientis uiri, quale fere summi Oratoris fingit in lib. de Orat. TRIPLEX ille animi foetus? triplex philosophiae distributio. VNVS in cognitione? quae philosophia pars est naturalis, siue φυσικη. ALTER in descriptione? ηθικη, siue moralis. TERTIUS in iudicando, λογικη siue rationalis.

## CICERO

QVO tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum cum is habitantem, pernoctantemq. curis? & cum totius mundi motus, conuersionesq. perspexerit, sideraq. uiderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixis sedibus? septem alia suos quaeque tenere cursus, multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, quorum uagi motus rata tamen, & certa sui cursus spatia definiant? horum nimirum ad spectus impulit illos ueteres, & admonuit, ut plura quaerent. inde est indagatio nata ineriorum, & tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta; quaeque cuiusque generis uel inanimi, uel animati, uel muti, uel loquentis origo, quae uita, quis interitus: quaeque ex alio in aliud uicissi-

tudo, atque mutatio; unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur; in qua omnia delata gravitate medium mundi locum semper expetant; qui est idem infimus in rotundo. haec tractanti animo, et noctes & dies cogitanti, existit illa a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens cognoscat, coniunctamq. cum diuina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur. ipsa enim cogitatio de ui, & natura deorum, studium incendit illius aeternitatis imitandae; neque se in breuitate uitae collocatam putat, cum rerum causas alias ex alijs aptas, & necessitate nexas uidet: quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum, ratio tamen, mensq. moderatur.

## EXPLANATIO

SEPTEM aliaq. sidera, quae Graece πλανήται, hoc est erronea dicuntur, quia erratici sunt, ac uagi motus. Ab incessu, inquit Plinius, uocamus errantia sidera: cum errent nulla minus illis: stata enim sunt, & ordinatissimi motus, & spatia planetarum. ILLOS ueteres de quibus Ouidius:

Felices animae, quibus hoc cognoscere primum,  
Inq. domos superas scandere cura fuit.

VEL inanimi, & carentis anima. lib. II. de Off. Quae ad hominum uitam tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum. VEL loquentis origo? Virg. Vnde hominum genus, & pecudes. V. Q. I. S. S. I. P. O. Ex palingenesia, dogmateq. Pythagorae, qui apud Ouid. sic inquit,

Omnia uertuntur: nihil interit. errat, & illinc  
Huc uenit: hinc illuc: & quoslibet occupat artus.

Ari stoteles quoque in libris de generatione, & corruptione aliud in aliud transmutari differit, & corruptionem unius esse alterius generationem. LIBRATA ponderibus; sic Ouid. Ponderibus librata suis. Plinius aeris ui tradit cum quarto aquarum elemento librari medio spatii tellurem, eandemq. uniuerso cardine stare pendentem, librantem per quae pendent. A deo Delphis praecepta cognitio? In foribus enim Delphici templi praescriptum, & relatum a quibusdam ad Apollinem auctorem hoc dictum fuit. Λυδὸν σαυτὸν, id est, cognosce te ipsum. De quo Plutarch. contra Coloten ita: Ὁδὲ Ἡράκλειτος, ὡς μετὰ τὴν καὶ σμῆντι διαπεφραγμένος, ἐδὶξήσά μιν φωνὴν ἐμῶν τον, καὶ ἦδ' ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θεῶτα τον ἐδόκει τὸ, γνῶθι σαυτὸν, ἐδὶ καὶ Σωκράτης, ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐν ἐδῶκεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς βιβλίοις.

## CICERO

HAEC ille intuens, atque suspiciens, uel potius omnes partes, orasq. circumspiciens, quanta rursus animi tranquillitate humana, & citiora considerat? hinc illa cognitio uirtutis existit: efflorescunt genera, partes uirtutum: inuenitur, quid sit, quod natura spectet extremum in bonis, quod in malis ultimum, quo referenda sint officia, quae degendae aetatis ratio deligenda. Quibus, & talibus rebus exquisitis, hoc uel maxime efficitur, quod hac disputatione agitur, ut uirtus ad beatum uiuendum sit se ipsa contenta. Sequitur tertia, quae per omnes partes sapientiae manat, & funditur, quae rem definit, genera dispartit, sequentia adiungit, perfecta concludit, uera, & falsa diiudicat, differendi ratio, & scientia ex qua cum summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio,

& digna sapientia. sed haec otij. Transeat idem iste sapiens ad rem tuendam: quid eo possit esse praestantius, cum prudentia utilitatem ciuium cernat, infestitia nihil in suam domum inde deriuat, reliquis uirtutibus tamq. uarijs uirtutibus adiunge fructum amicitiarum: in quo a doctis positum est cum consistit omnis uitae, consentiens, & paene conspirans, tum summa iucunditas e quotidiano cultu, atque uictu. quid haec tandem uita desiderat, quo sit beatior? cui rei referat? tot, tantisq. gaudijs, fortuna ipsa cedat, necesse est. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est uirtutibus, beatum est, omnesq. sapientes ijs gaudijs perfrenantur: omnes eos, consisteri, beatos esse, necesse est. A. Est ne in cruciatu, atque tormentis?

## EXPLANATIO

**H**INC illa cognitio uirtutis? Pulchre mo ralem philosophiae pattem naturali subiungit, atque utri- que postremo rationalem. **GENERA** ut iustitia, fortitudo, prudentia, & temperantia, quibus multae species subiiciuntur, de quibus copiose differitur in. II. rhetoricorum. **EXTREMUM** in bonis, & De hoc in lib. de Fin. **DEGENDAE** aetatis ratio? De qua in Off. **SEQVITVR** tertia, & quae rationalis est, siue λογική. **CVM** partim. **AD res ponderandas** & perpendendas, logica magistra. **HAEC** orij & huiusmodi a sapiente tractantur in otio, quod omni negotio pulchrius est. **IDEM** iste sapiens? quem animo fingimus. **ADVN** GE fructum amicitiae? De hoc longa est disputatio apud Arist. lib. ix. Ethicorum. **CYI** rei refertae? Con- cinnius, Cui refertae, Haec Paullus pater.

## CICERO

**M** An tu me in uiola putas, aut in rosa dicere? an Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi, & sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit, quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit, nullum sapienti esse iri pus, etsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare, Quam pro nihilo puto; cum praesertim omne malum dolore definiat, bonum uoluptate; haec nostra, honesta, turpia irrideat; dicatque nos, in uocibus occupatos, inanes sonos fundere, neque quidquam ad nos pertinere, nisi quod aut leue, aut asperum in corpore sentiat: huic ergo, ut dixi, non multum differet a iudicio ferarum, obliuisci licebit sui, & tum fortunam contemnere, cum sit omne & bonum eius, & malum in potestate fortunae; tum dicere, se beatum in summo cruciatu, atque tormentis, cum constiterit non

modo summum malum esse dolorem, sed etiam solum: (nec uero illa sibi remedia comparant ad tolerandum dolorem, firmitatem animi turpitudinis uerecundiam, exercitationem, consuetudinemque patiendi, praecepta fortitudinis, duritiam uirilem: sed unum se dicit recordatione acquiescere praeteritarum uoluptatum: ut si quis aestuans, cum uim caloris non facile patiat, recordari uelit, se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse: non enim uideo, quo modo sedare possint mala praesentia praeteritae uoluptates) sed, cum is dicat, semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare uellet, non liceret: quidnam faciendum est illis, qui nihil experendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existimant?

## EXPLANATIO

**M**E in uiola, & hoc est, in deliciis, & uitae iucunditate. **AN** Epicuro, & Rursus Epicurum uerbis solum philosophari dicit, reuera nihil minus esse, quam philosophum. **AUT** leue & quod uoluptatis est **AUT** asperum quod doloris est. **A** iudicio ferarum? nam, ut etiam inquit Arist. Voluptates gustatus, & tactus bellinae sunt. **OBLIUISCI** licebit sui? sibi ipsi in doctrina non constare. **FIRMITATEM** animi? de qua dictum est in. II. Tusculana. **GELIDIS** fluminibus? lib. de legibus duos fluuios in Arpinati esse testatur, quorum alteri Fibreno nomen fuit, in quo erat insula: in altero Marianam quercum celebrat: ubi de legibus disputatio instituitur. **SED, CUM** is? Epicurus. **NON** liceret? tamquam philosopho summum bonum in uoluptate ponenti. **ILLIS** Stoicis.

## CICERO

**M**E quidem auctore etiam Peripatetici, ueteres- que Academici balbutire desinant aliquando; aperteque clara uoce audeant dicere, beatam uitam in Phalaridis taurum de censuram, sint enim tria genera bonorum: (ut iam a laqueis Stoicorum, quibus usum me pluribus, quam soleo, intelligo, recedamus) sint sane illa genera bonorum, dum corporis, & externa iaceant humi, & tantummodo, quia sumenda sunt, appellantur bona: alia autem diuina illa longe lateque se pandant, caelumque contingant; ut, ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo, & non beatissimum etiam dixerim? dolorem uero sapiens extimescet? is enim huic maximae sententiae repugnat, nam contra mortem nostram, atque nostrorum, contraque aegritudinem, & reliquas animi perturbationes satis esse uidemus superiorum die-

rum disputationibus armati, & parati dolor esse uidentur acerrimus uirtuti aduersarius. is ardentem faciem intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debellaturum minatur. huic igitur succubet uirtus? huic beata sapientis, & constantis uiri uita cedit? quam turpe, o dii boni, pueri Spartiatae non ingemiscunt, uerberum dolore laniati, adolescentium greges Lacedaemone uidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu, denique ut exanimarentur, priusquam se uictos faterentur, quae barbaria India uastior, aut agrestior? in ea tamen gente primum is, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt, & Cancaesi niues, hiemalemque uim perferunt sine dolore; cumque ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

## EXPLANATIO

**B**ALVTIRES dum scilicet semper haesitantes nunquam expedite proferunt quid sentiant. A laqueis Stoicorum; a contortis, & captiosis conclusiunculis, quas alibi etiam spinas dixit nimirum, IACENT humi; tamquam terrena. CAELVMQ; contingant; tamquam caelestia. SAPIENS extimescet; Interrogatio negamus. probatum est enim in. 11. Tusc. sapientem dolori non succumbere. PVERI Spartiatæ; De his etiam supra paullo. NYDI aetatem agunt; De duplicibus Indicis sapientibus traditum est a ueteribus, Brachmanibus illis praestantissimis, & his longe inferioribus Gymnosophistis, de quibus hoc loco mentione fit. SINE gemitu aduruntur. sicuti Calanus fecit, Alexandri familiaris, de quo supra in Tusc. 11.

## CICERO

**M**VLIERES uero in India, cum est cuiusq; earum uir mortuus, in certamen, iudiciumq; ueniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptiae. quae est uictrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum uiro in rogum imponitur: illa uicta, maesta discedit. numquam naturam mos uinceret: est enim ea semper inuicta. sed nos umbris, delicijs, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus, maloq; more delentum molliuimus. Aegyptiorum more quis ignorat? quorum imbutae mentes prauitatis erroribus, quauis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut selem, aut canem, aut crocodilum uolent: quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recusent. De hominibus loquor. quid de stia? non ne frigus, non famem, non montiuagos, atque siluestres cursus, lustrationesq; patiuntur? non ne pro suo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant? nullus impetus, nullos ictus reformident? Omitto, quae perferant, quaeq; patientur ambitiosi honoris causa; laudis studiosi, gloriae causa; amore incensi, cupiditatis. Plena uita exemplorum est: sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc, unde deflexit.

## EXPLANATIO

**M**VLIERES uero in India, § Supra quoque de iisdem: plura uero Herodot. in Therpsic. & Diod. lib. XIX. Onesicritus auctor est, ideo uxores cum uiris defunctis cremari, quod, cum aliquando adolescentulos adamarent, a uiris secedebant, uel eos ueneno interimebant. Ut ergo maleficia tollerentur, hanc legem conditam esse tradit: quae profecto & lex, & causa neque Straboni, neque alijs satis probabilis uidetur. INFECIMVS, opinionibus; inelutibilibus opinionibus intinximus. MALOQ; more; usu, & consuetudine uirae. Significat autem mos & συνθηται, ut hoc loco: cum usurpatione diuturna, aliqua tam quasi legis uim obtinuerunt quae sunt νόμιμα, & Herod. νόμιμα, & omnino νόμος, saepe numero uiciosissima, & scortatio uirginum Lydarum, & humanae, atque adeo patriae carnis cibus apud Indos, & latrocinia Germanorum. AEGYPTIORVM morem; Huius gentis superstitionem eleganter praeter alios perstringit, Iuuen. Sary. QVAMVIS; carnificinam quemcumque cruciatum. IBI; Ibis, quam pleriq; ciconiam falso credunt, auis est Aegypti peculiaris: cuius duo genera: altera magnitudine, & figura ciconiae similis, altera tota nigra. Pro re digna annotatu memorat Plinius, Ibis olim in Alpibus uisam, ad sit, ut dixi, peculiaris Aegypti. FELEM; Graece αλοπος, Latine Feles dicitur: est autem id animal, quod uulgo Catum nominant apud Columellam, & Verronem feles accipi uidetur pro eo animali, quod uulgos Fouinum & Marturellum appellat. Quid. canit Dianam olim ob metum gigantum in felem esse transfiguratum, quod & Higinus quoque memorat. Plinius ait in XI. oculos felium in tenebris fulgere. idem in X. auctor est feles excrementa sua obruere effossa terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse. LYSTRATIONES; circuitiones, nam Lustrare est circuire. Virgil. Lustrat Auentini montem. Lustra dicuntur ferarum habitacula: alias lustra pro lupanaribus accipiuntur apud Ciceronem, Plautum, Horatium, & alios. GLORIAE causa; § Potest esse supposititium Causa, eert te necessarium non est. Haec Paullus pater.

## CICERO

**D**ABIT. dabit, inquam, se in tormenta uita beata; nec in stultitiam, temperantiam, in primisq; fortunam, magnitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os uiderit, consistet; uirtutibusq; omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet extra fores, ut ante dixi, limenq; carceris. quid enim ea foedius, quid deformius sola relicta, co mitatu pulcherrimo segregata; quae tamen fieri nullo pacto potest. nec enim uirtutes sine beata uita cohaerere possunt, nec illa sine uirtutibus. itaq; eam tergiuersari non sinent, secumq; rapiunt ad quemcumque ipsae dolorem, cruciatumq; ducentur. sapientis est enim proprium, nihil, quod paenitere possit, facere, nihil inuitum; splendide, constante, grauitate, honeste omnia; nihil ita expectare, quasi certo futurum; nihil, cum acciderit, admirari, ut inopinatum, ac nouum accidisse uideatur; omnia ad suum

suam arbitrium referre; suis stare iudicijs. quo quid sit beatus, mihi certe in mentem uenire non potest. Stoicorum quidem facilis conclusio est. qui cum finem bonorum esse senserint, congruere naturae, cumq. ea conuenienter uiuere; cum id sit in sapiente situm non officio solum, uerum etiam potestate; sequatur, necesse est, ut, cuius in potestate summum bonum, in eiusdem uita beata sit. ita sit semper uita beata sapientis.

## EXPLANATIO

**D**ABIT se in tormenta? Docet sapientem etiam in tormentis esse beatum, quia nullo pacto esse potest, ut inuicem disiungantur uirtus, & uita beata. Quod tamen fieri? Similiter quidem & Tusc. I. I. reperitur haec particula: cum solet respondere ad Quamuis, Et si, Quamquam: ut *ἀπόδοσις*, aduersatiuae condicionis. Quod paenitere possit, & lib. II. Rhetoric, Vtrum id facinus sit, quod paenitere fuerit necesse. Suis stare iudicijs? Atqui magna mortalium pars uiuit ad opinionem, & more pecudum sequimur antecedentium gregem. CONGRUERE naturae? lib. III. de Fin. ait Cato, Relinquitur, ut bonum summum sit uiuere scientiam adhibentem earum rerum, quae natura eueniant, feligentem quae secundum naturam, & si quae etiam contra naturam sunt, reicientem, id est conuenienter congruenterq. naturae uiuere. Non officio solum, & c. id est non solum ut debeat, sed etiam ut possit ita uiuere: tanquam in sapientis potestate sit uiuere secundum naturam.

## CICERO

**H**ABES, quae fortissime de beata uita dici putem, & quo modo nunc est, nisi quid tu melius attuleris etiam uerissime. A. Melius quidem asserere nihil possum: sed a te impetrare libenter uelim, nisi molestum sit, quoniam te nulla uincula impediunt ullius certae disciplinae, libasq. ex omnibus quodcumque te maxime specie ueritatis mouet; quod paulo ante Peripateticos, ueteremq. Academiam hortari uidebare, ut si ne retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos, id uelim audire quemadmodum his putes consentaneum esse id dicere. multa enim a te contra istam sententiam dicta sunt, & Stoicorum ratione conclusa. M. Utamur igitur libertate: qua nobis solis in philosophia licet uti; quorum oratio nihil ipsa indicat, sed habetur in omnes partes, ut ab alijs possit ipsa per sese, nullius auctoritate adiuncta, iudicari. & quoniam uideris hoc uelle, ut, quaecumque dissentientium

philosophorum sententia de finibus sit, tamen uirtus satis habeat ad uitam beatam praesidij: quod quidem Carneadem disputare solitum accepimus: sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat, & contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat: nos illud quidem cum pace agemus: si enim Stoici fines bonorum recte posuerunt; confecta res est; necesse est semper beatum esse sapientem: sed quaeramus unamquamque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut hoc praeclarum quasi decretum beatae uitae possit omnium sententijs, & disciplinis conuenire. sunt autem hae de finibus, ut opinor, retentae, defensaeq. sententiae: primum simplices quattuor; nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici; nihil bonum, nisi uoluptatem, ut Epicurus; nihil bonum, nisi uacuitatem doloris, ut Hieronymus; nihil bonum, nisi naturae primis bonis, aut omnibus, aut maximis, frui, ut Carneades contra Stoicos differebat.

## EXPLANATIO

**N**IST quid tu melius? Sic Horatius,

— Si quid nouisti melius istis,

Candidus imparti: si non, his utere mecum.

**N**ULLA uincula? quoniam nulli philosophorum sectae addictus es. **S**INE retractatione? dubitatione, aut recusatione. **L**IBERTATE? in partes omnes discurrendi: ut, omnibus inspectis, id maxime probeamus, quod aut uerum, aut uero propius esse uideatur **N**OBIS SOLIS? nimirum nulli sectae addictis. **S**ENTENTIA de finibus? uidelicet, quid sit summum bonum **C**ONTRA Stoicos, & lib. II. de nat. de. & lib. II. de Fin. Carneades in Stoicos inuehitur **S**i fines bonorum recte posuerunt; & collocatur in uirtute sola, atque honesto **D**ECRETVM? Graeci Dogma appellant. **S**UNT autem de finibus? Breuiter colligit diuersas philosophorum sententias de finibus: ut ex hoc, si fieri potest, ostendat uitam beatam esse in sapiente. **N**ATURAE primis bonis? ut incolumitatem conseruationemque omnium partium, ualetudinē, sensus integros, uires, pulchritudinem, ceteraq. generis eiusdem.

## CICERO

**H**AEC igitur simplicia, illa mista: tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo ueteres Academi a seculis uoluptatem cum honestate. Clitomachus, & Calipho copulauit. indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. hae sunt sententiae, quae stabilitatis aliquid habeant, nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli, non nullorumq. aliorum euauerunt. hi quid possunt

possint obtinere, uideamus, omiſſis Stoicis: quorum satis uideor defendiſſe ſententiam. Et Peripateticorum quidem explicata cauſa eſt, praeter Theophrastum, & ſi qui, illum ſecuti, imbecillius horrent dolorem, & reformidant, reliquis quidem licet facere, quod ſere faciunt, ut grauitatem, dignitatemq. uirtutis exaggeret, quam cum ad caelum extulerint, quod facere eloquentes homines copioſe ſolent; reliqua ex collatione facile eſt contere, atque contemnere. nec enim licet iſs, qui laudem cum dolore petendam eſſe dicunt, negare eos

eſſe beatos, qui illam adepti ſunt, quamquam enim ſunt in quibusdam malis; tamen hoc nomen beati longe & late patet. nam ut quaeruloſa mercatura, fruſtuofa oratio dicitur, non ſi altera ſemper omni damno, altera omnis tempeſtatis calamitate ſemper uacet, ſed ſi multo maiori ex parte exſtet in utraque felicitas: ſic uita, non ſolum ſi undique reſerta bonis eſt, ſed ſi multo maiore, & grauiore ex parte bona propendent, beatate dici poteſt.

## EXPLANATIO

**H**AEC igitur iam dicta bona. SIMPLICIA } ſubaudi, ſunt. ILLA } bona, quae ſequuntur. NAM Aristonis, Pyrrhonis, } Lib. v. de Fin. in hanc ſententiam ſic ſcribit: Iam exploſae, et ceteraeq. ſententiae Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumſcriptum, incidere non poſſunt, adhibendae omnino non fuerunt. THEOPHRASTVM } Hic nobiliſſimus Peripateticorum in libro de beata uita ſcripſit beatum eſſe non poſſe, qui crucietur, quiq. in dolore ſit. dolores enim corporis in malis numerat, & fortunae naufragia. AD CAELUM EXTULERINT, } Prouerbialis hyperbole RELIQUA } ſcilicet bona corporis, & fortunae. Ex collatione } ſi conferantur cum uirtute.

## CICERO

**S**ERUETVR igitur, horum ratione, uel ad ſupplicium beata uita uirtutem, cumq. ea deſcendet in taurum, Aristotele, Xenocrate, Spusiippo, Polemone auctoribus, nec eam minimis blandimentis corrupta deſeret. Eadem Calliphonis erit, Diodorig. ſententia: quorum uerque honeſtatem ſic complectitur, ut omnia, quae ſi ne ea ſint, longe, & retro ponenda cenſeat. Reliqui habere ſe uidentur anguſtius, enatant tamen, Epicurus, Hieronymus. & ſi qui ſunt, qui diſertum illum Carneadem curent defendere, nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq. condoceſciat, ut ea, quae bona, mala ue uideantur, poſſit contemnere. nam, quae tibi Epicuri uidentur, eadem erit Hieronymi, & Carneadis cauſa, & hercle omnium reliquorum. quis enim parum eſt contra mortem, aut dolor em paratus? ordiamur ab eo. ſi placet, quem mollem, quem uoluptarium dicimus. quid eſt tibi mortem ne uideatur, an dolorem timere, qui eum diem, quo moritur, beatum appellat; maximisq. doloribus affectus, eos ipſos inuentorum ſuorum memoria, & recordatione conſutat, nec

hoc ſic agit, ut ex tempore quaſi eſſe uideatur? de morte enim ita ſentit, ut, diſſoluto animante, ſenſum exſtinctum putet; quod autem ſenſu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item de dolore certa habet, quae ſequatur: quorum magnitudinem breuitate conſolatur, longinquitatem lenitate. Quid tandem eſt? grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt, melius ſe habere, quam I picurus? an ad cetera, quae mala putatur, non & Epicurus, & reliqui philoſophi ſatis parati uidentur? quis non paupertatem extimeſcit? neque tamen quiſquam philoſophorum. hic uero ipſe quam paruo eſt contentus? nemo de tenui uictu plura dixit. etenim, quae res pecuniae cupiditatem afferunt, ut amor, ut ambitioni, ut quotidianis ſumptibus copia ſuppentant; cum procul ab iſs omnibus rebus abſit, cur pecuniam magnopere deſideret, uel potius curet omnino? an Scythes Anachariſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates philoſophi facere non potuerunt? illius epistoſa fertur his uerbis.

## EXPLANATIO

**C**VMQ. ea ſcilicet, uirtute. IN TAURUM, } in tormenta, cruciatusq. tauri Phalaridis. CALLIPHONTIS } qui uoluptatem cum honeſtate copulauit DIODORIQ. } qui indolentiam honeſtati adiunxit. RELIQUA } philoſophi. QVEM MOLLEM, } Epicurum intelligit. BEATVM appellat } Epicurus in epistoſa ad Hermachium, de qua in lib. ii. de Fin. EFFUTIRE } inepte, & inconſulte loqui. Horatius,

Effutire leues indigna tragoedia uerſus.

BREUITATE conſolatur. } Ita enim dicebat Epicurus: Dolor, ſi ſummus, breuis; ſi longus leuis. ISTI grandiloqui } Peripateticos dicit, & Stoicos, qui grandia loquuntur, & grauia. CONTRA haec duo } dolorem, & mortem. QVIS } ex iſs, qui philoſophi non ſunt, quam philoſophorum nemo extimeſcit. HIC uero ipſe } Epicurus, nempe qui ſe aqua, & pane cibario contentum eſſe ſcribit in quadam epistoſa, & caſeum inter lautitias numerat. AN Scythes Anachariſis } Cum haecenus Cicero rationibus uſus ſit, nunc ab exemplis, id quod propoſuit, affirmare contendit. FACERE non potuerunt? } Iacere uideatur, planeq. otioſum eſſe uerbum, Facere, quod ſi abſit, multo erit elegantius. ſubauditur enim, quod in proximo ſuperiore membro dictum eſt; Pro nihilo pecuniam ducere, hoc loquendi genere uis additur, atque etiam ornamento orationi: idq. periti Latinae linguae & facile in antiquorum ſcriptis agnoſcunt, & libenter ipſi,



ipsi, cum sententia postulat, imitantur, exemplorum apud Ciceronem plena sunt omnia: sed tribus, aut quattuor, ne multitudo fastidium pariat, contenti erimus. Tusc. I. I. Ergo haec ueteranus miles facere poterit, doctus uir, sapiensq. non poterit? Tusc. III. Timor ijs aegritudinem potuit repellere, ratio, ac sapientia uera non poterit? Tusc. IV. Animi ualentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Item in Oratore: An uictus hominum, Atheniesium beneficio excolui potuit, oratio non potuit? Et in Oratione pro Balbo: An lingua, & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit, manu, & uirtute non potuit? Quibus in locis tum pronunciata similiter sententia, tum etiam conclusa cognoscitur. Haec Paullus pater.

C I C E R O

**A**NACHARSIS Hamoni salutem. Mihi amictus est Scythicum tegmen, calciamentum solorum calum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, caseo, carne uescor. quare tu ad quietum me licet: munera autem ista, quibus es delectatus, uel ciuibus tuis, uel dijs immortalibus dona. Omnes fere philosophi omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura uitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Socrates, in pompa cum magna uis auri, argentiq. ferretur, quam multa non desidero, inquit. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima; adduxit legatos ad cenam in Academiam; ijs

apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. cum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet; quid? uos hesternae, inquit, cenula non intellexistis, me pecunia non egeat? quos cum tristiores uidisset, triginta minas accepit; ne aspernari regis liberalitatem uideretur. At uero Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, si quid sibi opus esset, nunc quidem paullulum, inquit, a sole. offecerat uidelicet apri-canti. & hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum uita, fortunaq. superaret: sibi nihil deesse, illi nihil satis unquam fore: se eius uoluptates non desiderare, quibus numquam satiari ille posset; suas cum consequi nullo modo posse.

E X P L A N A T I O

**S**CYTHICVM tegmen? ex ferarum tergoribus. SOLORVM callum? callosa pedum cutis. Innuat se nudi dis pedibus incedere solitum, & iam callum duxisse. PVLPA MENTVM fames? Alludit ad prouerbum: Optimum obsonium fames. IN pompa? sacrorum apparatu. QVINGVAGINTA talenta? hoc est, triginta milia coronatorum. IN Academiam? Fuit enim Xenocrates Platonis discipulus, uixitq. plurimum in Academia: ut auctor est Laertius. NUMERARI? illa scilicet talenta, quae pro dono miserat Alexander. HESTERNA? superioris diei. PECVNIA non egeret? quia frugalissimus, paruo contentus, non eget pecunia. UT Cynicus,? cuiusmodi erant Cynici: adeo enim inuerecundi, ut in propatulo coeant, & licenter maledicant. Haec Plutarchus in Alexandro: cum non uenisset ad Alexandrum Diogenes, ut sperauerat, ipse Corinthum ad eum in Cranium ubi diuersabatur, accessit, cumq. compellisset, interrogauit, Numquid uellet? tum Diogenes, Μικροδύ, εἰ πόνυ, ἀπὸ τοῦ ἡλίου μετέσθηθε.

C I C E R O

**V**IDIS, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diuiserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen; partim esse naturales, & necessarias; partim naturales, & non necessarias; partim neutrum: uecessarias satiari posse paene nihilo: diuitias enim naturae parabiles esse. Secundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile censet, nec uero ad carendum. Tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus eijciendas putauit. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, haecq. uoluptates sigillatim extenuantur: quarum genera non contemnunt, quaerunt tamen copiam. nam & obscenas uoluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, faciles, communes, in medio sitas esse dicunt; easq. si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, aetate, figura metiendas putant: ab ijsq. abstinerere minime esse difficile, si aut ualerudo, aut officium, aut fama postulet: omninoq. genus hoc uoluptatum optabile esse, si non obfit, prodesse numquam. Totumq. hoc de uolu-

ptate sic ille praecepit, ut uoluptatem ipsam per se, quia uoluptas sit, semper optandam, expetendamq. putet; eademq. ratione dolorem ob id ipsum, quia dolor sit, semper esse fugiendum: itaque hac usurum compensatione sapientem, ut uoluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat, maiorem efficientem uoluptatem: omniaq. iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen: quocirca corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret uoluptatem; animum & praesentem percipere pariter cum corpore, & prospicere uenientem, nec praeteritam praeterfluere sinere: ita perpetuas, & contextas uoluptates in sapiente fore semper, cum expectationi speratarum perceptarum memoria iungeretur. Atque ijs similia ad uictum etiam transferuntur; extenuanturq. magnificentia, & sumptu. epularum, quod paruo cultu natura contenta sit, etenim, quis hoc non uidet, desiderijs ista condiri omnia?

E X-

## EXPLANATIO

**N**ON nimis fortasse. Reprehendit hanc Epicuri diuisionem etiam lib. 11. de Fin. *Esse parables* nam, cum natura minimis rebus contenta sit, qui ad naturam uiuit, numquam est pauper. *Secundum genus* Naturales, & non necessarias cupiditates intelligit: ut sunt lautiores cibi, & uina generosa. *Tertias* quae neque naturales sunt, neque necessariae: ut statuarum collocationes, ut aulae, ut familiarium cultus, & eiusmodi, quae circa nos sunt. *In medio* naturalium, scilicet, & necessariarum cupiditatum. *Prodesse numquam* In hanc sententiam dicere solebat Pythagoras tum ueneram uoluptatem esse exercendam, cum homo se ipso infirmior esse uelit. *Paruo cultu* Sic Seneca: Paucis natura eget, opinio multis. *Desideratis* cum desiderantur: ut, cum latrat stomachus, optimum condimentum est fames, ita sitienti aqua, frigenti quod uis amiculum, &c.

## CICERO

**D**ARIUS in fuga, cum aquam turbidam, & candida ueribus inquinatam bibisset, negauit unquam se bibisse inuidius, numquam uidelicet sitiens biberat, nec esuriens Ptolemaeus ederat. cui cum peregrinanti, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil uisum est illo pane inuidius. Socratem ferunt, cum usque ad uesperum contentius ambularet; quae situmque esset ex eo, quare id faceret;

respondisse, se, quo melius cenaret, obsonare ambulando famem. quid? uictu Lacedaemoniorum in Phiditijs non ne uidemus ubi cum ryranus cenauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum. tum is, qui illa coxerat, minime mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. quae tandem, inquit ille? labor in uenatu, sudor, curfus ab Eurota, fames, sitis, his enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur.

## EXPLANATIO

**D**ARIUS in fuga. Refertur & ab Arriano, Curtio, alijs. & non ab simile est, quod de Artaxerxe Plutarchus memoriae prodidit. *Ptolemaeus* De Ptolemaeo Lagi forte intelligendum, cuius frugalitas etiam praeter alios commendatur. Erat autem hoc commune nomen Aegyptiorum regibus. *In casa* in domo uili, & rustica. *Socratem ferunt*. Meminit Atheniensis lib. 14. Diogenes. *Contentius* citatiore gradu, quo maius esset exercitium. Atque id etiam lib. 11. de Fin. refert solum dicere Socratem, ubi condimentum esse famem, potitionis sitim. *Obsonare* pro, obsonio parare. *Victum Lacedaemoniorum* Vide Plutarch. in Lycurgo, non nihil a Cicero discrepantem: & Arist. lib. 1. Polit. cap. 8. quamquam apud Xenoph. in Lacedaemoniorum Rep. legatur, *οικειοις*, in Phiditijs sic uocabant conuiuia sua Spartani a parcimonia *απο περιδομης*, quod est parco: siue *απο της οικιας*, ab amicitia, cuius conciliandae, confirmandaeque, causa uidebantur instituta; unius uidelicet solum literarum immutatione *τολιν δ* tamquam *οικιας*. Vide Plutarch. in Lycurgo. *Dionysius* Plutarch in dictis regum. *Ab Eurota* fluuiio prope Spartam, ad cuius ripam se exercere iuuentus solebat.

## CICERO

**A**TQUE hoc non ex hominum more solum, sed etiam ex bestijs intelligi potest, quae, ut quidquid obiectum est, quod modo a natura non sit alienum, eo contentae non quaerunt amplius. Ciuitates quaedam uicinas, more doctae, parcimonia delectantur, ut de Lacedaemonijs paullo ante diximus. Persarum a Xenophonte uictus exponitur: quos negat ad panem adhibere quidquam, praeter nasturtium, quamquam, si quaedam etiam suauiora natura desideret, quam multa ex terra, arboribusque gignuntur cum copia facili, tum suauitate praesentia: adde sinceritatem, quae consequitur hanc continentiam in uictu: adde integritatem ualitudinis, conferendantes, fructantes, refertos epulis, tamquam optimos bonos: tum intelliges, qui uoluptatem maxime sequantur, eos minime consequi inuidiamque. uictus esse in desudorio, non in saretate. Timotheum, clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis, ferunt, cum cenauisset apud Platonem, eoque conuiuio admodum delectatus es-

set, uidissetque, cum postridie, dixisse, uestrae quidem cenae non solum in praesentia, sed etiam postero die inuidae sunt. Quid, quod ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo, & portione completi est praecleara epistola Platonis ad Dionis propinquos; in qua scriptum est his fere uerbis. Quo cum uenissem; uita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum, Syracusanarumque mensarum, nullo modo mihi placuit; bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum, ceteraque, quae commitantur huic uitae, in qua sapiens nemo efficitur unquam, moderatus uero multo minus. Quae enim naturam mirabiliter temperari potest? quo modo igitur inuidia uita potest esse, a qua absit prudentia? absit moderatio? ex quo Sardanapali, opulentissimi Syriae regis, error agnoscitur, qui incidit in busto: Haec habeo, quae edi, quaeque, exsaturata libido haesit, at illa iacent multa, & praecleara, relicta.

EX-

EXPLANATIO

Ad hoc naturam scilicet parco uictu, & simplici esse contentam. Quidquid obiectum est? Aut, ut abundat: Aut, pro Quidquid, legendum est, Quid: aut, Quidquid, hic accipiendum pro Quidque: ut apud Lucretium lib. I. Inq. suos quidquid rursus reuocare meatus. Et lib. I. v. Semper enim sumum quidquid de rebus abundat. Et lib. v. Sic unum quidquid paullatim protrahit aetas. In medium. Possem ex oratoribus loca recitare: sed ego in Latinis locutionibus, ubi quid eiusmodi occurrit, quod sine exemplorum comprobatione durius uideatur, libentius poetarum utor auctoritate, quam oratorum. sunt enim poetae certiores Latinae linguae testes: propterea quod metri ratio facit, ut mutationi non tam facile locus sit, quod in oratoribus contra uidemus. Haec Paullus pater. A Xenophonte lib. I. de Paedia Cyri, & Strabo lib. xv. Cvm copia facili? Dicaearchus in lib. antiquitatum refert sub Saturno, id est, in aureo saeculo, cum omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed uniuersos uixisse frugibus, & pomis, quae sponte terra gignebat. INTEGRITATEM ualetudinis? Nihil enim aeque fugat aegritudinem, ac uictus modestia: quemadmodum nulla est morborum expeditior materia, ut uariarum, lautiorumq. epularum luxus. Rvctantes? ex crapula scilicet, & cruditate.

CICERO

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bonis, non in re- gis sepulcro inscriberes? haec habere se mortuum dicit, quae ne uiuus quidem diutius habebat, quam fruebatur.

EXPLANATIO

Timotheum, & Cononis filium, de hoc Athenaeus lib. x. Idem & Plutarchus in praeceptis salubribus Et iam postero die iucundae sunt? quia sobrius melius ualeat, & facilius euigilat. In hanc sententiam est illud Horatii.

Alter ubi dicto citius curata fopori Membra dedit, uegetus praescripta ad munia surgit.

Epistola Platonis? Exstat illa etiamnum Graece. Et abierunt in prouerbium, Siculae, siue Syracusanae, & Italicae mensae. Dionis? Syracusani. A sectator Platonis fuit, & liberatis tyrannide Syracusis, nefaria perfidia Callipi Atheniensis fuit interfectus. Pernoctare, Plato dixit, κοιμᾶσθαι: quod est Dormire. Pernoctare uero, est, per noctem manere. Pernoctare solui: & ceu, qui libidinibus liquefacit. Comitantur huic? Constructio Graeca ἐπονται τοῦ τοῦ βίω, cum alioqui accusatio iungi solet. Sardapali, Assyriorum regis, cuius luxus, ac mollicies etiam prouerbio locum fecit. Meminit ipsius Diodorus lib. III. Iustinus lib. I. Strabo lib. xiv. Athenaeus. v. III. & x. I. Plutarchos de ferr. Ale. Apud Athenaeum.

Κεῖν ἔργω, ὅσ' ἐραζων, καὶ ἐπὶ βίῳ καὶ οὐ ἐρωτῇ Τέρπν' ἐπαθόν: ἃ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα κέλευται.

In regis quem decet sobrietas, & cura populorum: unde Homerus regem appellat ποιμὲν λαῶν, id est, pastorem populorum.

CICERO

Cvritas beatas esse non sinit? signis, credo, tabulis, ludis, si quis est, qui his delectetur; non ne melius tenues homines fruuntur, quam illi, qui his abundant? est enim earum omnium rerum nostra in urbe summa in publico copia, quae qui priuati habent, nec tam multa & raro uident, cum in sua rura uenerint, quos tamen pungit aliud, cum illa unde habeant, recordantur. Dies deficiet, si uelim paupertatis causam defendere. aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam uilibus. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? uide, ne plus commendatio in uulgus, & haec, quae expetitur, gloria molestiae habeat, quam uoluptatis. Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insurrantisq. alteri, Hic est ille Demosthenes, quid hoc leuius? at quantus orator? sed apud alios loqui uidelicet didicerat non multum ipse secum.

EXPLANATIO

Signis? simulacris, siue statuis fabrefactis, quae passim in theatris spectandae exhibebantur, quemadmodum & pictae tabulae. Qvos tamen pungit aliquid? Exstat inter Verrinas Ciceronis oratio, quae in scribitur de signis, qua docet Verrem omnia signa, simulacraque tam deorum, quam hominum, faberrime facta, ex tota Sicilia sustulisse, & intra domum comportasse. Merito igitur punguntur in animo, qui, uillas suas contemplant, signis, ac tabulis pictis exultas, recordantur haec omnia se se ex rapinis, & iniurijs comparasse. Humilitas? uilitas generis: humiles enim Latini uocant obscuro loco, & tenui natos; Popularis offensio? repulsa. Commendatio in uulgus? gratia apud uulgum, quam candidati honorem captabant summo studio. Leuiculus Demosthenes? tamquam leuis, mobilisq. gloriationis impulsu lacertatus. Vt mos in Graecia est? morem ferendae aquae Homerus iudicauit Iliad. 5

Καίκεν ὁ δὲ φερὲν μεσσίδος, ἢ ὡς περὲν  
πολλὴ δεκαζομένη.

Hic est ille Demosthenes. & οὐ τὸς ἐκείνος ὁ δημοσθένης. QUANTVS orator? & quo Athenas ipsas magis Atticas non fuisse autumat idem M. Tullius in Orat. APVD alios & apud populum Atheniensem; ideoq. aurae popularis plus, quam par est, fuit audior. NON multum ipse secum & Non more philosophorum se ipsam intus excusserat: non enim pependisset ex iudicio vulgi.

## CICERO

INTELLIGENDVM est igitur, nec gloriam popularem ipsam per se expetendam, nec ignobilitatem ex timefcendam. Veni, inquit, Athenas, Democritus; neque me quisquam ibi agnouit. constantem hominem, & graue, qui gloriatur a gloria se abfuisse. An tibicines, & q. qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosq. moderantur; uir sapiens, multo arte maiore praeditus, non quid uerissimum sit, sed quid uelut uulgus, exquiret; an quidquam stultius, quam, quos singulos sicut operarios, barbarosq. contemnas, eos aliquid putare esse uniuersos? ille uero nostras ambitiones, leuitatesq. contemnet, honoresq. populi, etiam ulro delatos, repudiabit: nos autem eos nescimus, antequam pacnitere coepit, contemnere. Est apud Heraclitum physici

cū de principe Ephesiorum Hermodoro: uniuersos aut Ephesios esse morte multandos, quod, cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt: Nemo de nobis unus excellat; sed, si quis exstiterit, alio in loco, & apud alios sit. An hoc non ita fit omni in populo? non ne omnem exsuperantiam uirtutis oderunt? Quid? Aristides (malo enim Graecorum, quam nostra, proferre) nō ne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset? Quantis igitur molestijs uacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? quid est enim dulcius otio litterato? hys, dico, litteris, quibus infinitatem rerum, atque naturae, & in hoc ipso mundo caelum, terras, maria cognoscimus.

## EXPLANATIO

IGNOBILITATEM & Gloria ignobilitatem opponit per antitheton. VENI Athenas, & Idem de Democrito refert Laetius. SVO, non multitudinis arbitrio; pessimus enim iudex est turba, utpote inconsulta, imprudens, temeraria. ALI QUID putare uniuersos? si enim partes improbae, totum quoque minime probum erit. ILLE nempe uir sapiens. EST apud Heraclitum & Heracliti uerba apud Laertium haec: Αἰσίου Εφεσίου ἡ ἐκείνου ἀποθαυεῖν πᾶσιν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἴσχυρό λιν, καταλιπεῖν &c. HERMODORO: & Plin. lib. xxxiv. dicit hunc fuisse interpretem legum decemuiralium, eiq. ob id statuam publice dicatam. EXSUPERANTIAM uirtutis oderunt. & De hoc Arist. Polit. lib. i. & Plutarch. in Aristide, & alibi de Ostracismo, LITTERIS, quibus infinitatem & Philosophiam intelligit.

## CICERO

CONTEMPTO igitur honore, contempta etiam pecunia, quid relinquitur, quod extimescendum sit? exsiliū, credo: quod in maximis malis ducitur. id si propter alienam, & offensam populi uoluntatem malum est: quam sit ea contemnenda, paullo ante dictum est. sin, abesse a patria miserum est: plenae miserorum prouinciae sunt: ex quibus admodum pauci in patriam reueriuntur. At multantur bonis exsules: quid tum? parū ne multa de toleranda paupertate dicuntur? Iam uero, exsiliū, si rerum naturam, non ignominiam nominis, quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differat? in qua aetates suas philosophi nobilissimi cōsumpserunt, Xenocrates, Crantor, Arcefilas, Lacides, Aristoteles, Theophrastus, Zeno Cleanthes, Chrysippus

Antipater, Carneades, Panaetius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Posidonius, innumerabiles alij; qui, semel egressi, nunquam domum reuertere. At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem. de sapiente enim haec omnis oratio, cui iure id accidere non possit: nam iure exultantem consolari non oportet. Postremo, ad omnes casus facillima ratio est eorum, qui ad uoluptatem ea referunt. quae sequitur in uita, ut, quocumque haec loco suppeditent, ibi beate queant uiuere. itaque ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest: Patria est, ubicumque est bene. Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum inquit. totius enim mundi se incolam, & ciuem arbitrabatur.

## EXPLANATIO

AT multantur bonis? hypophora. QUID tum? Antypophora. LACYDES? Cyreneus fuit, & Athenas profectus Arcefilae successit in Academia. Appellatus est Oeconomicus, quia rei familiaris magnam curam habebat, anulo obsignans panarium. Dicitur Anser adhaesisse comes perpetuus Lacydi, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem. Locus recte stellula notatus: mendum enim subesse constat, fortasse ita restitui posset: At enim non erit sine ignominia, ignominia afficere poterit sapientem? de sapiente enim est haec omnis oratio. Sententia certe haec uidetur esse quibus autem uerbis explicanda sit, statuere nostrum non est. studiosi libros antiquos adiant, & eorum ope utentes locum emendent. Haec Paullus pater. TEUCRI? Telamonis filij. PATRIA est, & Ex tragoedia quapiam, Teucri exultantis uerba. Tale etiam est illud Ouid.

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor.

CUIATEM? cuius patriae, & gentis.

CICERO

QVID T. *Albutius non ne animo aequissimo Athenis exsul philosophabatur: cui tamen illud ipsum non accidisset, si in rep. quiescens, Epicuri legibus paruisset. qui enim beator Epicurus, quod in patria uiuebat, quam Metrodorus, quod Athenis? aut Plato Xenocratem uiuebat, aut Polemo Arcefilam, quo esset beator? quanti uero ista ciuitas aestimanda est, ex qua boni, sapientesq. pelluntur? Damaratus quidem Tarquinij, regis nostri, pater, tyrannum Cypselum quod ferre* nō poterat, fugit Tarquinos Corinto, & ibi suas fortunas cōstituit, ac liberos procreauit. nū stulte anteposuit exulij libertatē domesticæ seruituti? Lam uero motus animi, solitudines, ægritudinesq. obliuione leniuntur, traductis animis ad uoluptatem. non sine causa igitur Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in uoluptatibus. ex quo effici putat ille, quod quaerimus, ut sapiens semper beatus sit.

EXPLANATIO

QVID T. *Albutius* ? De hoc in primo de Fin. EPICURI legibus paruisset hoc est, nō accessisset ad temp. nam dum temp. administrare pulchrum esse ducit, in exilium eiectus est. QVI ? quomodo. Sensus est: patriam nihilo fecisse beatores philosophos, quod Athenis uiuerent, & quod Athenis philosopharentur, non enim locus fest animus facit hominem beatum. AUT Plato Xenocratem ? qui Chalcidensis erat. ARGESILAM, qui Pythæus. ISTA ciuitas ? Athenas intelligit, ex qua optimi quique in exiliū acti leguntur. DEMARATVS, ? De eodem Liuius, Dionysius, Strabo, alij.

CICERO

ETIAM ne, si sensibus carebit oculorum, si aurium? etiam: nam ista ipsa contemnit. primum enim, horribilis ista caecitas quibus tandem caret uoluptatibus? cum quidam etiam disputent, ceteras uoluptates in ipsis habitare sensibus: quae autem ad speciem percipiuntur, ea non uersari in oculorum ulla iucunditate; ut ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus in ea ipsa, ubi sentimus, parte uersentur. in oculis tale nihil fit. animus accipit, quae uidemus. animo autē multis modis, uariisq. delectari licet, etiam si non adhibeatur ad speciem. loquor autem de docto homine, & erudito, cui uiuere est cogitare. sapientis enim cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. etenim, si non adimit uitam beatam, cur dies nocti similis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaiici est quidem paullo obscenius, sed non absurda sententia est: cuius caecitatem cum mulierculae lamentarentur, Quid agitis, inquit? an uobis nulla uidetur uoluptas esse nocturna?

EXPLANATIO

ETIAM NE, ? Est ueluti obiectio inquirentis. ETIAM ? affirmantis nota: quae perinde ualeat, ac si responderit, sapientem haud dubie beatum futurum, etiam si obaccetur, atque obsurdeat. HORRIBILIS ? quae scilicet obijcitur tamquam horribile malum.

CICERO

APPRIUM quidem, ueterem illum, qui caecus annos multos fuit, & ex magistratibus, & ex rebus gestis intelligimus, in illo suo casu nec priuato, nec publico muneri defuisse. C. autem Drusi domum compleri consultius solitam accepimus: cum, quorum res esset, sua ipsi non uidebant, caecum adhibebant duces. pueris nobis, Cn. Aufidius, praetorius, & in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberatibus deerat, & Graecam scribebat historiam, & uidebat in litteris. Diogenes Stoicus caecus multos annos nostrae domi uixit. is uero, quod credibile uix esset, cum in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea, uersaretur; & cum fidibus, Pythagorae more, uteretur; cumq. ei libri noctes & dies legerentur; quibus in studijs oculis non egebat; tamen, quod sine oculis fieri posse uix uidetur, geometriae munus tuebatur, uerbis praecipiens discipulis, unde, quo, quamq. lineam scriberent.

EXPLANATIO

APPRIUM ? doctorum uirorum, qui caeci fuerint, exemplis aliquot probat Cicero caecitatem non obstare sapienti, quo minus esse possit beatus. Appij Claudij censura clara est, qua uiam Appiam munuit, & aquam Appiam in urbem duxit. Ipse uero censor luminibus captus. auctores Liuius, Valerius Dionysius, & alij. C. Drusi ? inreconfulti. nam fuerunt multi etiam alij Drusi. CONSULTORIBUS sic uocantur,

vocantur, qui de iure consulunt, hoc est consilium petunt: sicut Cōsulti, qui consilium dant. DIODORVS Meminit huius etiam de Fin. & alibi. FIDIBVS Pythagoreorum more? Hos ad Lyrae modulos & obdormire, & euigilare solitos, tradunt scriptores.

## CICERO

**A**SCLEPIADEM ferunt, non ignobilem Eretricū philosophum, cum quidam quaereret, quid ei caecitas attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitator. ut enim uel summa paupertas tolerabilis sit, si liceat, quod quibusdam Graecis, quotidie: sic caecitas ferri facile possit, si non desint subsidia ad ualetudinem. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet, & atra discernere non poterat; at uero bona, mala; & quae iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parua poterat; & sine uarietate colorum licebat uiuere beate,

sine notione rerum non licebat. atque is uir impediri animi etiam aciem ad speciem oculorum arbitrabatur: & cum alij saepe, quod esset ante pedes, non uiderent; illi infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam, Homerum caecum fuisse. at eius picturam, nō poesim, uidemus. quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formae, quae pugna, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui serarum non ita explicitus est, ut, quae ipse non uiderit, nos ut uideremus effecerit?

## EXPLANATIO

**V**T puero uno? quo duce, ac ueluti scipione uteretur, unde etiam Scipionum nomen duxisse originem tradunt. Si liceat? mendicando quaeritare fulcimina uitae. SVBTDIA ad ualetudinem? necessaria caecis. LUMINIBVS amissis? Democritus semetipsum excaecasse dicitur, quia existimaret commutationes animi in contemplandis naturae rationibus uegetiores, & exactiores fore, si eas uidendi illecebris, & oculorum impedimentis liberasset. id quod tamen refellit Plutarch. in lib. de Curiositate. SINE uarietate colorum? De coloribus enim caecus iudicium ferre non potest. QVOD ante pedes? Prouerbiale, a commate ancillae in Thaletem deductum, de quo uide Laertium. Et seruus apud Terentium, sapientis esse dicit, Non quod ante pedes modo est uidere, sed etiam illa quae futura sunt perspicere. HOMERVM caecum? Cumaei, & Iones captos oculis homeros appellant: quod homeris, id est itineris ducibus egeant. inde Homerum poetarum archetypum, qui oculos amisit, cum prius Melesigenes diceretur, nomen sortitum fuisse tradunt Plutarch. & Herodotus in eius uita. Vide Velleiū Pateulū li. I. PICTVRAM non poesim? Magna laus Homericae poeseos, quasi oculis cerni, non legi uideantur, quae caecumque describuntur apud illum, ob illustrem omnium expressionem. Atque huc respexit etiam Horatius in Arte, cum inquit: Ut pictura, poesis erit.

## CICERO

**Q**UID ergo aut Homero ad delectationem animi, ac uoluptatem, aut cuiquam docto desuisse unquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras, aut hic ipse Democritus agros, & patrimonium sua reliquissent, huic discendi, quaerendiq. diuinae delectationi toto se animo deditissent? itaque augurum Tyresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam inducunt deplorantem caecitatem suam: at uero Poly-

phemum Homerus, cum immanem, ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudat fortunas, quod, quae uellet, ingredi posset, & quae uellet, attingere. recte hic quidem: nihilo enim erat ipse Cyclops, quam aries ille, prudentior. In surditate uero quidnam est mali? erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat, etiam si, ut mihi uidebatur, iniuria.

## EXPLANATIO

**A**NAXAGORAS Clazomenius fuit, non modo generis gloria, & diuitijs, uerum animi quoque magnitudine clarissimus. Cum autem studio doctrinarum flagraret, patrimonium solum suis reliquit, & ad speculandum rerum naturam se in exteris nationes contulit: cuidam uero se compellanti, Nulla ne tibi patriae cura est? dixit, Mihi uero patriae cura, & quidem summa est, digitum in caelum intendens. DEMOCRITVS? Hunc satis constat diuitijs opulentum fuisse, ut pater eius epulum hospitallyter dederit exercitui Xerxis. Ipse tamen, quo magis uacuo animo studijs litterarum operam impenderet, patrimonium suum patriae, quae Abdete dicebatur, dono dedit. Cognominatus est Gelasius a risu. illi enim ridenda uidebantur cuncta inferiora. AVGVREM Tyresiam, & De Tyresia Thebana fatilogoquo a Iunone excaecato, passim poetae meminere, tam Latini, quam Graeci. Homerus in Odyssea Tyresiam dixit apud inferos solum sapere: ceteros umbrarū uagari modo. POLYPHEMVM? Odyssea. I. CYCLOPS? generale nomē eorū, qui in Sicilia fuisse a poetis finguntur unoculi, quod unū solū in fronte oculū gestaret, Argolici clypei, aut Phoebeae lam padis instar, ut eleganter in I I I. Aeneid. canit Virgilius. In surditate? Neque

Neque surditatem obstare sapienti, quo minus felix censendus sit, non magis quam caecitatem, deinceps exemplis probat. SVRDASTERꝫ modice, & parum surdus. MALE audiebatꝫ Forte propter auaritiã. quia aurum Parthicum sitiebat etiam usque ad exitium. Male autem audire est, infamia laborare: sicuti bene audire, laudari. Idem Cicero ad Att. lib. vi. ep. i. Hãc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me iccirco putent bene audire uelle, ut ille male audiat, &c.

CICERO

EPICUREI nostri Graece fari nesciunt, nec Graeci Latine: ergo hi in illorum, & illi in horum sermone surdi: omnesq. id nos in ijs linguis, quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. At uocem cytharœdi non audiunt: ne stridorem quidẽ ferrae tum, cum acuitur; aut grunitum, cum iugulatur sus; nec, cum quiescere uolunt, fremitum murmurantis maris. & si cantus eos forte delectant, primum cogitare debent, antequam hi sint inuenti, multos beate uixisse sapientes; deinde, multo maiorem percipi posse legẽ dis his, quam audiendis, uoluptatem, tum, ut panno ante caecos ad aurium traducebamus uoluptatem, sic licet surdos ad oculorum, etenim, qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret. Congerantur in unum omnia; ut idem oculis, & auribus captus sit, pre-matur etiam doloribus acerrimis corporis: qui primũ per se ipsi plerumque conficiunt hominem: sin forte longinquitate producti, uebementius tamen torquent, quã ut causa sit cur ferantur; quid est tandem, dũ boni, quod laboremus? portus enim praesto est, quoniã mors ibidem est, aeternum nihil sentienti receptaculũ. Theodorus Lysimacho, mortem munitanti, Magnum uero, inquit, effecisti, si Cantharidis uim consecutus es. Paulus Persae, deprecanti, ne in triumpho duceretur, In tua id, inquit, potestate est.

EXPLANATIO

OSTRIꝫ Latini, SVRDI sunt:ꝫ dum neutri neutros intelligunt. OMNESQ. id nos Id, non uideo quid spectet. antiqui scribebant, It. inde mihi orta coniectura est, ut, Item, legendum putarem. Haec Paullus pater. At uocem cytharœdi? Auditus commoda cum surditatis incommodis confert. Nec fremitum maris. ꝫ scilicet, audiunt, qui surdi sunt. ANTE quam ij sint inuenti ꝫ nam musicae inuentionem alii Lino, alii Orpheo, alii Amphioni adscribunt: alii musis ipsis, & Apollini. SECVM loquiꝫ contemplationibus uacare: id quod uel praecipue sapientis est opus, qui numquam minus, quam cum solus est, esse solus consuevit. QVI primum, ἀγαθὰ καὶ ὀδύρας, non enim sequitur, deinde, Sic alibi. CONFICIUNTꝫ ex-car-nificant, ex-cruciant hominem. Dicit autem in summis doloribus & cruciatibus praesto esse mortem, ueluti omnium uitae aerumnarum portum, in quem cõfugere sapienti liceat. THEODORVSꝫ de hoc Tusc. i. didum est. SI Cantharidis uim consecutus es. ꝫ si facis quod & cantharides possunt. Irrisio est: ac si dicat, non perinde magnum quiddam posse efficere. Aliter Seneca in lib. de tranquillitate: sic enim refert. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem sepulturam. habes, inquit, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est. Nam quod ad sepulturam pertinet, &c. Cantharides uermi culi sunt fraxinorum, & ficorum, & pyri, & peuces, & cynacanthae, & rosae. qui ex proprietate, si manu teneantur, uelicam exulcerant, & urinam cruentant. C. Carbo, accusante L. Crasso, Cantharidas sumptis se dicitur. Id genus necis Ouid. inimico imprecatur, cum ait, Cantharidum succos dante parente bibas.

PAVLVSꝫ Aemilius: PERSAEꝫ Macedonum regi. IN tua id, ꝫ Innuebat, posse illum sibi ipsi manus inferre, atque ita se ab ignominia illa uindicare. Vide Plutarch. in Aemilio.

CICERO

MVLTa primo die, cum de ipsa morte quaerere-mus, non pauca etiam postero, cum ageretur de dolore, sunt dicta de morte: quae qui recordetur: haud sane periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certe non timendum putet. mihi quidem in uita, seruanda uidetur illa lex, quae in Graecorum conuiujs obtinetur. Aut bibat, inquit, aut abeat. & recte. aut enim fruatur aliquis pariter cum alijs uoluptate potandi; aut, ne sobrius in uiolentiam uiolentorum incidat, ante discedat. sic iniurias fortunae; quas ferre nequeas, defugiendo relinquant. Haec eadem, quae Epicurus, totidem uerbis dicit & Hieronymus. quod si ijs philosophis, quorum ea sententia est, ut uirtus per se ipsa nihil ualeat; omne, quod honestum nos, & iandabile esse dicimus, id illi casum quiddam, & inanis uocis sono decoratum esse dicant; & tamen semper beatum esse censent sapientem: quid tandem a Socrate, & Platone, perceptisq. philosophis faciendum putes? quorum alij tantam praestantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his corporis, & externa obscurantur.

EX-

## EXPLANATIO

**P**RIMO die in prima Tusculana. POSTERO, scilicet die: nimirum Tusculana secunda. **A**UT optandam, si immortalis est anima. **N**ON timendam si mortalis. **A**UT bibat, aut abeat.  $\xi\pi\theta\iota$ ,  $\xi\pi\theta\iota$ , ut in conuiuio Graecorum ex lege conuiuiali. Quidam autumant legem bibendi Graecam esse, ut toties bibant, quot litterae sint in nominibus amicarum, quas nominatim uocant, siue amicorum ad hunc morem alluisse uidetur Epigrammatista.

Nacua sex Cyathis, septem Iustina bibatur.

**Q**UOD si argumentum a maiori: si philosophis illis uoluptariis, qualis fuit Epicurus, & Hieronymus, beatus esse sapiens uidetur, quanto magis de eo ita iudicabunt illi, qui uirtuti tantum tribuunt, Socrates, & Plato, summi philosophi. **I**IS philosophis Legendum uidetur, si philosophi: & paullo post, Dicat, non dicant. **A**LII Peripatetici, & Stoici.

## C I C E R O

**A**LII autem haec ne bona quidem ducunt, in animo reponunt omnia. Quorum controuersiam solebat, tamquam honorarius arbiter, iudicare Carneades, nam cum, quaecumque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda uiderentur; neque tamen Peripatetici plus tribuerent diuitijs, bonae ualitudini, ceterisque rebus generis eiusdem, quam Stoici, cum ea re, non uerbis, ponderarentur; causam esse dissidendi negabant. Quare hunc locum ceterarum disciplinarum philosophi quem admodum obtinere possint, ipsi uiderint: mihi tamen gratum est, quod de sapientium perpetua bene uiuendi fa-

cultete dignum quiddam philosophorum uoce profertur. Sed, quoniam mane est eundem, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus: equidem me etiam conscripturum arbitror. ubi enim melius uti possumus hoc, e nichilimodi est, otio ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: a quo non modo impulsus sumus ad philosophicas scriptiones, uerum etiam laceffiri, in quo quantum ceteris profuturi sumus, non facile dixerimus: nostris quidem acerbissimis doloribus, uarijsque, & undique, circumfusis molestijs aliam uiam potui inueniri lenatio.

## EXPLANATIO

**A**LII Stoici. **H**ONORARIUS arbiter, sic uocant eum, cui honoris causa arbitrium inter disceptantes permittitur, quem utraq. litigantium pars honoris causa diligit, atque constituit controuersiae suae iudicem. **H**UNC locum, scilicet de finibus bonorum, de uita beata, quae sine uirtute esse non potest, quae in solum cadit sapientem, qui semper beatus est, serenus, imperturbatus, ut ceelum supra Lunam semper liquidum est, & defecatum. **A**D Brutum, cui scilicet dedicantur hi quinque libri Tusculanarum disputationum. **A**LTEROS quinque, de finibus inscriptos. **L**A CCESSIT, & prouocati: dum ille, doctissimus in philosophia, librum de Virtute accuratissime scriptum, ad M. Tullium misisset.

## C I C E R O



I N D E X

RERVM. ET. VERBORVM  
LOCVPLETISSIMVS

Quae in hoc uolumine continentur.



A

**A** Bacī complures  
argento ornati. 240  
abduceretur quā  
minimum ani-  
mus a cogitatio-  
nibus 123  
aberrauimus a proposito 122  
abhorrent a Graecorum artibus,  
& disciplinis 354  
abijcere dolorē cum uelis in potesta-  
te est 25  
αβλαβεια — innocētia 194  
abluere perturbationem — sed om-  
nis eiusmodi perturbatio animi  
placatione abluatur illa quidem,  
&c. 231  
abnuere — cū intelligas quid quis-  
que contendat, quod abnuat 58  
abrogare fidem uisis 10  
abrogare magistratū collegae 212  
absens factus aedilis L. Lucullus 1  
abstergere alicui luctum 201  
abesse ab oculis fori, & curiae 1  
absumptum aqua 36  
abuentis est intemperanter, & o-  
tio, & litteris, nō allicere aliqua  
delectatione lectorem 134  
academiae adolescenti oris os nostrū  
133  
academia noua confundit uera cū  
falsis, spoliat nos iudicio, priuat  
approbatione, omnibus orbat sen-  
sibus 14  
academia quae noua appellatur, ue-  
tus uidetur Ciceroni, si quidem  
Platonem ex illa uetere nume-  
ramus 41  
academiae nouae nos in disputando  
59  
academiae ueteris patroni Speusip-  
pus, Xenocrates, & post hos Po-  
lemon, Crates, Crantor 39  
academici unde dicti sunt 37  
academici — cum Academicis in-  
certa luctatio est, qui nihil affir-  
mant, &c. 66

academici eo liberiores & solutio-  
res sunt, quod integra eis est iudi-  
candi potestas, &c. 3  
acad. & Perip. — ab Academicis  
& Peripateticis omnes bonarū  
artium artifices extiterunt 109  
academici, & Peripatetici rebus cō-  
gruentes nominibus differebant  
37  
academici non eripiunt sensus, sed  
disputant non inesse eis propriā,  
quae nusquam alibi esset, ueri &  
certi notam 23  
academici noui cum seditiosis ciui-  
bus comparantur 3  
academici noui — multa in Aca-  
demicos nouos 25  
academici Peripateticorum, et Stoi-  
corum controuersias disceptabāt  
215  
academici lib. quattuor — quae  
pro Academia dicenda erant, sa-  
tis accurate in Academicis quat-  
tuor libris explicata arbitramur  
172  
academici quidam constituisse dicū-  
tur extremum bonorum, & sum-  
mum munus esse sapientis obfiste-  
re uisis, assensusq. suos firme su-  
stinere 84  
academici Speusippus, Xenocrates,  
Polemon, Crantor, ceteri 109  
academici ueteres dicebant, permo-  
tiones utiliter animis nostris a na-  
tura datas 30  
academici ueteres, & Aristoteles  
finem bonorum esse putant hone-  
ste uiuere, fruētem rebus ijs,  
quas primas homini natura con-  
ciliet 29  
academicorum ratio, & disciplina  
103  
academicorum ueterum disciplina ex  
ponitur 94  
accipere, quam facere, praestat inui-  
riam 254  
accommodatum ad naturam — 61

αειν 10  
acherontia templa alta Orci, palli-  
da, &c. 148  
achilles Hectorē trahit ad currum  
religatum 164  
acies mentis seipsam intuens nonnū  
quam hebecit 155  
aciem in omnes partes intende-  
re 225  
acipenser decumanus 62  
acipenser — ijs, qui uoluptatem pi-  
sam contemnunt, licet dicere, se  
acipenserem maenae non antepo-  
nere 74  
acipenserem dabis potius, quam ali-  
quem Socraticum libellum 201  
acquiescere — improbitas numquā  
eum, cuius in animo uersatur, si-  
nit respirare, nūquam acquiesce-  
re 54  
acribus oculis deficientem solent in-  
tueri 155  
actio maxima, repugnare uisis, obfi-  
stere opinionibus, assensu lubri-  
cos sustinere 24  
actione tollatur, assensu sublato 44  
actiones humanae — in actionibus  
humanis nihil sequimur praeter  
probabile 24  
actiones uirtutibus cōgruentes prae-  
stantissimae actiones 118  
actionum genera plura 118  
aculeum apīs sine clamore ferre non  
possumus 184  
acumen — mores — de acumine  
eius agitur, non de moribus 202  
acumen — ubi est acumen tuum?  
117  
acuti — hebetes 223  
ad nihilum breuī tempore uentura  
uidetur laus oratorum 172  
ad pares angulos in terram, & in  
mare feruntur suo pte nutu, &  
suo pte pondere, terrena, et humi-  
da 145  
ad summam, ea, quae Zeno aestimā-  
da, etc. 102  
ad